I. Categoriae X f. 11. — Praecedunt et sequuntur scholia aliquot latina.

II. De Interpretatione, cum scholiis aliquot latine et graece in marg. f. 27.

III. Analyticorum priorum (libri II) f. 36. — Inscriptio manu recentissima.

IV. Analyticorum posteriorum libri II f. 87, 107. — Inscribitur liber primus: Ἀριστοτέλους ἀποδεικτική, secundus anepigraphus.

V. Topicorum libri VIII f. 118 v.

VI. (De Sophisticis Elenchis) f. 187.

(Eiusdem de Anima) libri III f. 207.

Opusculum de Quinque Syllogismorum generibus. Inc. Πέντε εἰσὶν εἴδη συλλογισμῶν f. 237. — Plura in medio desunt. Desinit: λέγεις βοῦν· ὁ βοῦς ἄρα διὰ τοῦ στόματος διέρχεται.

Fragmentum initio mutilum ex libro I Analyticorum posteriorum Aristotelis f. 254.

Subscriptiones utriusque librarii: I. μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε τὸ βιβλίον μισθῷ ἐν κρήτῃ ἐξέγραψεν f. 186 v. — II. ἀντώνιος δαμιλᾶς καὶ ταύτην ἐξέγραψε τὴν βίβλον f. 206; vide etiam f. 236 ubi ἐν κρήτῃ additur.

75. Membr. in 4, saec. X, fol. 244, quorum ultima (226-244) manu recentiore.

S. Gregorii Nazianzeni orationes XXV, cum scholiis passim, duplici inscriptione, in principio scil. et in fine, et stichorum numeri indicatione:

I. Apologeticus de fuga sua in Pontum et officio Episcopi f. 1.

II. De semetipso et ad patrem, quum Nazianzenae Ecclesiae cura ei ab illo committeretur, f. 21.

III. Apologia ad patrem, praesente Basilio, quum ab hoc Sasimorum Episcopus eligeretur, f. 23 v.

IV. In seipsum, patrem et Basilium, post reditum a fuga, f. 26.

V. Ad Gregorium Nyssenum f. 27 v.

VI. Ad eos qui vocarant nec ad concionem venerant, quum factus esset presbyter, f. 31.

VII. In Verba et in Iulianum exaequatorem f. 41.

VIII. Ad Nazianzenos cives anxios, et ad magistrum irascentem f. 48.

IX. In grandinis ictum et patrem silentem f. 53 v.
X. In Caesarium fratrem, oratio funebris, f. 64 v.
XI. In sororem Gorgoniam, oratio funebris, f. 75 v.
XII. In patrem, oratio funebris, f. 84 v.
XIII, XIV, XV. Orationes tres Irenicae seu de Pace, ob factam concordiam monachorum etc. I f. 106, II f. 117 v. III f. 122.
XVI. In Christi natalem f. 129 v.
XVII. In SS. Lumina f. 137 v.
XVIII. In S. Baptismum f. 146.
XIX, XX. In S. Pascha et in tarditatem, orationes II, f. 170, 172.
XXI. In novam Dominicam, vernum tempus et martyrem Mamantem, cuius memoria eo die celebratur, et de Encaeniis, f. 187 v.
XXII. In S. Pentecosten f. 192 v.
XXIII. De moderatione in disputationibus servanda etc. f. 200 v.
XXIV. Ad Arianos et in seipsum f. 214.
XXV. Ad Eunomianos, et praeludium dissertationis de Theologia, (oratio prima, sequentibus quatuor omissis), f. 221. — Folio 225 v. quo clauditur prima manus, nomina codicis, ut videtur, possessorum, monocondyliis descripta leguntur: Νικήτας (?) ὁ Κυπριανός. - Ὁ Κομήτριος ὁ Κυπριανός.

S. Gregorii Theologi vita a S. Gregorio Nysseno conscripta etc. alia manu, f. 226.

76. Chart. in f. min. saec. XV, binis columnis, fol. 261, quorum aliquot madore maculata; fine mutilus.

S. Maximi opuscula varia:

I. Definitiones variae (XXI) f. 1. Prima: Idem esse substantiam atque naturam. Postrema: Θέλημα γνωμικόν ἐστι.

II. (Dialogi V de S. Trinitate): I. Anomoei et Orthodoxi concertatio f. 2 v. — II. (Orthodoxi et Anomoei altera disceptatio) f. 13. Ad hunc dialogum spectant: Eunomii scholia et Orthodoxi responsio f. 15, et Aëtii, Eunomii magistri, epistola f. 17. — III. Haeretici sentientis cum Macedonio Pneumatomacho disputatio adversus Orthodoxum f. 25. — IV. S. Athanasii cum Apollinarista altercatio f. 38. — V. Compendium disceptationis eiusdem Apollinaristae et Gregorii Episcopi f. 42 v. — Adscribuntur hi dialogi quinque in codd. modo Athanasio, modo Maximo; tertius in cod. nostro Maximo tribuitur.

III. De Anima. Inscribitur: Τί τὸ καταληπτικὸν τῆς ψυχῆς κριτήριον. Inc. Ἅπαντα τὰ ὄντα ἢ αἰσθήσει γνωρίζεται f. 47 v.

IV. Epistola ad SS. Patres, Abbates et Monachos, populosque recte sentientes, qui Siciliae φιλόχριστον insulam incolunt, f. 49 v.

V. De numero, an scilicet divisionem aut faciat aut patiatur aut introducat etc. Inc. Εἰ δέ τινες τοῦ ἀληθοῦς f. 54 v.

VI. Epistola ad Pyrrhum sanctissimum presbyterum f. 55 v.

Ioannis Monachi Elementarium dogmatum capita X ad Ioannem Laodicensem Episc. praevio brevi exordio. Cap. I de Substantia. Ultimum de Voluntate. Exordium inc. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός f. 57 v.

Ex S. Augustini Hipponensis Ep. Soliloquiis capita (graece) XVI f. 60 v. — Cap. primum De ineffabili dulcedine Dei. Postremum, de Diabolo et multiplicibus tentationibus eius. Ad reliquos μονολόγους supplendos, relictum est spatium haud ita exiguum.

(Michaëlis Glycae in S. Scripturae dubia disputationes, sive epistolae LI). Epistola prima, Maximo Semniotae nuncupata, inscribitur: Utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio corpus habuisse caducum etc. f. 88. — Praecedunt folia duo cum media columna sine scriptura, ad titulum sine dubio exscribendum reservata, una cum epistola ad Ioannem Sinaitam: Utrum in peccato lapsis sit condonandum, quae inter editas primum obtinet locum. Ultima epistola, initio ac fine mutila, incipit a verbis . . . ἁμαρτίας γεννᾶν· κἂν ὁσονοῦν ὁ γάμος σώφρων ᾖ καὶ σεμνός. Des. καὶ μόνοις τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν ὁ Θεὸς ὑπισχνεῖται· καὶ Παῦλος τὸν ἅγι . . . — Dolendum est reliquas Glycae epistolas in codice nostro desiderari, in quo nonnullae, inter editas truncae ac lacerae, praebentur plenissimae.

77. Chart. in 4, saec. XIV exeuntis, fol. 114. Olim Meletii. — Foliis praeviis insunt:

I. Iatrica quaedam, ex Dioscoride, ut videtur.

II. Nonnulla Botanica, aliaque nullius momenti et pessime scripta. Sunt adnotatiunculae primi possessoris codicis.

Neophyti Prodromeni monachi Promptuarium de Plantis variisque medicamentis, litterarum ordine digestum. Inc. Ἀμάρακον καὶ λευκάνθεμον. Des. Ὠκὶς ἡ σμαρίς· ὤκιμον τὸ βασιλικόν f. 3.

Versio graeca, anepigrapha, vocum aliquot Persicarum ad Botanicam spectantium, ut Καρκουζί, τὸ σάμψυχον. Τάρτζιν, τὸ κινάμωμον. Des. Ἀμαρίντι, τὸ ὀξυφοίνικον f. 5 v.

De aere, quomodo sit diluendum. Inscribitur: Περὶ τοῦ πῶς λύειν τὸ χάλκωμα. Inc. Σαλαμήδριν (sic) καὶ χάλκωμα σπανικὸν τρίψον καλῶς μετὰ ὕδατος εἰς σκεῦος f. 6. — Sequuntur alia eiusdem generis, incompta scripta manu, sine inscriptione.

(Medicamenta aliquot) f. 9. — In fine subscriptio vitiosissima primi codicis possessoris: τούτο βιλίον ἐνε (l. εἶναι = ἐστὶ) ἐμοῦ μελετίου τοῦ ἁμαρτολοῦ, καὶ μετὰ θάνατόν μου ἀφήνοτο (sic) τὸν παπὰν κύριν κάλησταν τὸν πατέραν μου καὶ ἀδελφόν μου διὰ μνημόσυνον ἐμῶν etc.

Dioscoridis Pedacii (seu Pedanii) Anazarbensis de Materia medica (tum et de Venenatorum symptomatis et remediis) libri IX, praevio indice,

et cum glossis in margine partim minio descriptis, f. 15. — Liber ultimus exit in verba τὴν βοτάνην περὶ σῶμα φορῶν, ἐχθροὺς ὑπαλύξεις.

78. Membr. (plerumque), in f. saec. XV exeuntis, fol. 120, cum scholiis et figuris in margine; fine mutilus. Descripsisse videtur Hieronymus sacerdos, si fides habenda notae omnimodis scatenti mendis f. 54, in summo margine.

PORPHYRII Vocum V Isagoge f. 1.

ARISTOTELIS (Logica seu Organum):

I. Categoriae X f. 7 v.

II. Hermenia, seu de Interpretatione, f. 20 v.

III. Analyticorum priorum sectiones III (libri II). — Sectio I f. 28 v. Inc. Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί καὶ τίνος. Des. δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων (= lib. I, cap. I-XXVI inclus.). — Sect. II f. 47 v. Inc. Πῶς δ' εὐπορήσομεν αὐτοί. Des. Πρόβλημα φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων (= lib. I, cap. XXVII-XXXI). — Sect. III f. 52. Inscribitur: Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν. Inc. Πῶς δ' ἀνάξομεν τοὺς συλλογισμούς. Des. εἰ δὲ μή, οὐκ ἔσται ἓν ἑνὸς σημεῖον (= lib. I, a cap. XXXII, et lib. II integer).

IV. (Analyticorum posteriorum) sectiones II (= libri II) f. 75 v.; ut in edd. Desunt scholia.

V. Topicorum libri duo priores, cum capp. I, II libri III f. 105 v. — Sine scholiis; inscriptio manu recentiore. Caput II libri III fine mutilum exit in verba καὶ δυοῖν εἰ θάτερον ἀρνούμενα, ἵνα τὸ λοιπόν...

79. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 140; initio mutilus.

(S. IOANNIS SCHOLASTICI, vulgo Climaci, Scala Paradisi), cum scalae forma in fine libri. Codex incipit a sermone XVII, initio mutilo: ... κτήμων γέγονεν ἀκτήμων ἀνὴρ ἐν προσευχῇ.

80. Membr. in 4, saec. XII, fol. 209; fine mutilus.

(MENOLOGII pars):

(Ex vita S. Basilii). Initium deest. Inc.... ἐβουλεύθη ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἁγίου f. 1.

Georgii, Alexandriae Archiepiscopi, Narratio de vita, exsilio et aerumnis S. Io. Chrysostomi. Inc. Πάντες οἱ παλαιοὶ ἱστοριογράφοι f. 11 v.

S. Matronae Byzantinae vita, fine mutila. Inc. Ἡ μὲν τοῦ λεγομένου ὄντως παραδείσου f. 181.

81. Chart. in 4, saec. XV, etsi vetustae scripturae imitationem affectavit calligraphus, fol. 168; fine mutilus.

S. Io. CHRYSOSTOMI in Genesin homiliae XIII; ultima fine mutila.

82. Chart. in 4, saec. XV, fol. 110.

(Libanii epistolae CCLXXXIX) f. 1. — Sex priores inscriptione carent. Prima brevissima inc. (ᾺA) μὲν ἐδεήθημεν ἡμεῖς, πάλιν παρὰ σοὶ κεῖται. Ultima ad Anatolium inc. (Λ)ουκιανὸς ὁ οὐ πάντα εὐτυχής. Litterae initiales minio describendae ubique sunt omissae.

Libanii et S. Basilii epistolae mutuae XXII f. 104. — Prima Libanii ad Basilium inc. Οὔπω μοι τῆς λύπης ὑφῆκας. Ordo et distinctio ab edd. diversa, ut monuit A. Maius in margine. Transponendum est ultimum folium post f. 105, et folium 104 post ultimum.

83. Membr. in 4, saec. XV, exaratus, ut videtur, a Ioanne Scutariota, fol. 107.

(Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri X), omissa singulorum librorum indicatione.

84. Chart. in 4, saec. XV, fol. 214.

Genus Thucydidis. Inc. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος Ὀλόρου ἦν παῖς f. 1.

Dionysii Halicarnassensis de Thucydidis proprietatibus, epistola ad Ammaeum, f. 2.

(Synopsis mensium apud Athenienses) f. 6 v.

Aphthonii Sophistae encomium Thucydidis, ex Progymnasmatis eiusdem in Rhetoricam (sic). Inc. Τιμᾶν ἄξιον τοὺς εὑρόντας τὰ χρήσιμα f. 7.

Marcellini de vita Thucydidis eiusque dicendi genere dissertatio, f. 8.

Thucydidis Historiarum libri VIII f. 12.

*85. Chart. in f. saec. XIV, binis columnis, ab homine latino exaratus, fol. 164; redditus bibliothecae Universitatis Heidelbergensis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Vatic. Palatinus, Hasius (p. 198) et Wilkenius (p. 277).

(Nonni Panopolitae Aegyptii) Dionysiacorum libri XLVIII, cum XXIV priorum argumentis. Passim adnotatiunculae criticae latine, et emendationes, quae ipsi codicis scriptori debentur.

86. Chart. in f. anno Chr. 1549 exaratus, fol. 199.

(Theodosii Meliteni Chronicon, a Iulio Caesare ad romanum Imp. Constantinum), fine mutilum. Est continuatio codicis Vatic. 193. Inc. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην καὶ τῶν χρόνων τῶν ἐν Ῥώμῃ βασιλευσάντων ἐπιμνησθῆναι f. 2. Des. καὶ δὴ πρός τι σκηνοπήγιον αὐτοῦ ἀφικόμενοι ἐπιτοκυτό (sic).

Clementis (Alexandrini) Paedagogus, libri III, cum indice tantum in librum I; deest in extremo libro tertio hymnus, f. 99. — Ad calcem: 1549.

87. Chart. in 8, saec. XV, fol. 134; initio ac fine mutilus.

DAVIDIS Psalmi, (in viginti καθίσματα divisi). Incipit codex a Ps. II, 7 Υἱός μου εἶ σύ. Vigesimum Cathisma excipiunt solita Cantica sacra, scil. binae Odae Moysis, Odae Annae, Habacuc, Isaiae, Ionae, Azariae, et pars prior Odae trium Puerorum, quae clauditur verbis εὐλογεῖτε, πάχναι καὶ χιόνες.

*88. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 142; ex Vaticanis codd. Parisios primum translatis, dein Heidelbergae redditis. Optimae notae, omnium Lysiae codicum archetypus; passim secunda manu retractatus, scriptura minuta et ob atramenti pallorem membranaeque livorem lectu difficili. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Vatic. Palatinus, Hasius (p. 201), et Wilkenius (p. 277). Insunt:

LYSIAE orationes XXXII, praevio indice generali graece scripto secunda quidem, at vetusta tamen manu. Orationem in Nicidam, quam promittit index, frustra in codice ipso quaesiveris. — Oratio prima, de Eratosthenis caede, f. 2; secunda, funebris, f. 6 v.; tertia, Apologia ad Simonem, f. 28; reliquae, usque ad orationem in Philonem, quae ultima est (f. 134), ut numerantur in ed. Reiskiana.

ALCIDAMANTIS Elaitae orationes II, quarum prior de Sophistis, seu qui orationes conscribunt, f. 15; altera, Ulyssis adversus Palamedem proditionis actio, f. 20.

ANTISTHENIS Atheniensis philosophi Aiax f. 23, Ulysses f. 24.

DEMADIS Atheniensis pro Duodecennio f. 25 v. — Fragmentum est.

GORGIAE Leontini oratio de laudibus Helenae f. 138 v. — In medio desunt folia aliquot.

89. Membr. in 16, saec. XII, nitide scriptus, litteris grandiusculis, fol. 351.

LECTIONUM index, quo scilicet ordine legantur Evangelistae, et quo tempore cuiusque Evangelistae caput, f. 1.

MENOLOGIUM, (quo significantur Evangelia per unumquemque mensem legenda, a Septembri scil. ad Augustum), f. 5.

(EVANGELIA quatuor, in pericopas more Ecclesiae Graecae distincta, ad usum singulorum dierum et festivitatum), praeviis capitum indicibus et argumentis, f. 13.

90. Bombyc. (tribus prioribus foliis exceptis, quae membran. sunt) in 4, bina manu saec. XIII-XIV, duobus constans voluminibus: vol. I fol. 1-230; II f. 231-479. Olim Ioannis Chortasmeni no-

tarii, qui codicem, imperante Manuele Palaeologo, a Theodoro Meliosteno mercatus est; postea Georgii Vergitzi et Ioannis Bembi. Nonni paraphrasin (f. 143-173) exscripsit altera manus gracilior eiusdem aetatis, cui debentur et scholia copiosa in Aristidem. Sunt etiam hic illic correctiones et notulae Sylburgii. — Foliis prioribus insunt, praeter alia nullius momenti, manu veteris possessoris scripta, tetrasticha duo κατανυκτικὰ iambica, quorum primum inc. Ἐμοῖς λύσιν ἀλιτροῖς δίδου πταισμάτων, alterum: Ὦ πάντα πᾶσιν ὑπείκουσι, Χριστέ μου.

S. Gregorii Theologi Poemata XLIV, cum indice graeco in LVI poemata, ex alio codice membranaceo in nostrum inserto f. 4 v., scholiis in margine f. 6-14, et passim alias, glossisque inter lineas. Inc. codex a poemate: De rebus suis et vitae vanitate f. 5. Clauditur illo Ad Vitalianum παρὰ τῶν υἱῶν.

Nonni poetae Panopolitae Paraphrasis Evangelii secundum Ioannem f. 143. — Lemmata, emendationes, variae lectiones et scholia nonnulla in marginibus, eadem manu quae paraphrasin exscripsit.

Catonis Romani Paraeneticorum liber primus. Inc. Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἔσθ' ὡς (ἐκ) τῶν λογίων πυθόμεθα f. 173 v. Des. εὐπραγέων εὐεργετικὸς μὲν πολλαχῇ γίγνου σοῖς φίλοις· σαυτῷ εὐεργετικώτερος ἀεί.

Aristidis orationes XLI f. 176 v. cum indice, prolegomenis in Aristidis vitam et rhetoricam singulasque orationes, et scholiis in margine copiosis in plurimas. Prima, Panathenaica; postrema ad Capitonem, Platonica tertia.

Folio ultimo recto voluminis secundi, sequentia leguntur: αὕτη ἡ βύβλος (sic) ἦν γεωργίου τοῦ κυρίου τοῦ βεργίτζου, ἐπώλησε δὲ αὐτὴν τῷ κυρῷ ἰωάννῃ τῷ πέμπῳ σὺν ἑτέροις δυσὶ βιβλίοις χρυσίνων ε'. Et eodem folio, a tergo, post aliam subscriptionem longiusculam a Io. Chortasmeno scriptam et calamo deletam, quae anni nota clauditur: ἐν ἔτει ͵ςϡα' μηνὶ ὀκτωβρίῳ ἰνδ. ζ', sequuntur haec: ὠνησάμην τὸ βιβλίον τοῦτο παρὰ τοῦ μακαρίου Θεοδώρου μελιοστηνοῦ ἐγὼ ἰωάννης νωτάριος ὁ χορτασμένος (sic) ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ μανουὴλ τοῦ παλαιολόγου, ἀρχιερατεύοντος τηνικαῦτα τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ ἀντωνίου.

91. Bombyc. in 4, saec. XIII, fol. 324.

Ioannis Abbatis Montis Sina liber Asceticus (seu Scala Paradisi) f. 5 v.-128 et 304-307 v. cum indice (f. 1 v.) et duabus scalae figuris (f. 107 et f. 121 v.). Clauditur opus stichis (f. 308). — Praefiguntur: I. Ioannis Rhaitheni ad Ioannem (Climacum) epistola f. 1, — II. Ioannis Climaci vita (a Daniele, monaco Rhaitheno, compendio conscripta) f. 2. (Interrogationes et responsiones, ex Grerontico); fragmentum anepigraphum, f. 129-138 et 303 v.

S. Ephraemi Sermones seu praeceptiones breves ad animae salutem perutiles. Inc. Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι ὀκτώ εἰσιν οἱ λογισμοί f. 138. Des. ἵνα μᾶλλον τῷ κτίστῃ, καθ' ὃ δυνατόν, ὁμοιωθῶμεν, καὶ μὴ τοῖς κτήνεσι.

(Eiusdem) de Virtutibus et affectibus animi, utilis et omnis sapientiae plenus liber (sic), f. 145-150 et 173-177.

Ioannis, Episcopi Carpathii, ad Indiae monachos Capita consolatoria. Inc. Ὁ μακάριος Δαβὶδ ὕμνον διὰ πάσης ἐργαζόμενος τῆς κτίσεως f. 153 v.

Leonis Philosophi et Imperatoris Odarium κατανυκτικόν, metro Anacreonteo, litterarum ordine compositum. Inc. Ἆρα τίς γῆθεν (cod. γεῆθεν) ἀείρας f. 161 v.

Ex Theodori Edesseni Capitibus excerpta quaedam. Inc. Ναὶ δὴ πάσῃ δυνάμει συσφίγξωμεν ἑαυτοὺς πρὸς ἐργασίαν f. 162 v.

S. Maximi Confessoris (Synopsis Synodorum VII et quaestiones aliquot), Inc. Ἡ πρώτη σύνοδος f. 168 v.

Basilii Maleïni, monachi presbyteri, Abbatis S. Laurae, sermo de Ascetica hypotyposi. Inc. Πᾶς τύπος ἀσκητικός f. 177.

S. Maximi Confessoris de Caritate (ad Elpidium presbyterum), Centuriae VI, f. 182.

Eiusdem Capita alia XV. Inc. Ἕν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον f. 247. — Sequuntur Capita XII de Voluntatibus et Operationibus, cum testimoniis ex SS. PP. Inc. Εἰ ἐμὲ μετὰ τῶν ἐμῶν f. 250.

Eiusdem Sermo asceticus per dialogum. Inc. Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα f. 251.

Anthologium Gnomicum philosophorum ab Elia Presbytero et Defensore (ἐκδίκῳ) collectum. Inc. Ἔξεστι παντὶ Χριστιανῷ τῷ πιστεύοντι εἰς Θεὸν μὴ ἀμεριμνᾶν f. 268. Prima sententia inc. Ἀρχὴ παντὸς μὲν καλοῦ, φόβος Θεοῦ.

Isaiae Anachoretae Sermones varii animo admodum utiles (sic). Inc. Ἀδελφοί, χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης μὴ λαλήσητε f. 280.

Eiusdem de Virtutibus (aphorismi pauci). Inc. Τρεῖς εἰσιν ἀρεταὶ προνοοῦσαι τοῦ νοῦ διαπαντός (sic) f. 284.

(Eiusdem Apophthegmata). Inc. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας, ὅτι ὅμοιός εἰμι στρουθίῳ τὸν πόδα δεθέντι f. 285.

Eiusdem de Humilitate et Poenitentia (libellus). Inc. Τί ἐστι ταπείνωσις f. 290.

Eiusdem ad Petrum Abbatem discipulum eius (epistola). Inc. Καθὼς γέγραφάς μοι f. 295.

Petri Abbatis dicta, ex eiusdem Isaiae ore excepta. Inc. Ἔλεγέ μοι (cod. με) ἀεὶ ὁ πατήρ μου f. 299.

S. Symeonis Theologi iunioris, (Abbatis monasterii S. Mamantis in Xylocerco), Capita practica et theologica XCVII. Inc. Θεὸς τοῖς μὲν σωματικῶς ὁρῶσιν f. 309. — Ultimum Cap. inc. Ἡσυχία ἐστὶ νοὸς κατάστασις.

Dialogus Scholastici cuiusdam et S. Symeonis Theologi. Inc. Τί ἦν ἐν τῷ κόσμῳ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι; f. 322.

(Epicteti Enchiridion), capp. XXXIX; inscribitur: Praecepta quae, institutionis causa, studiosi quidam viri sibi conscripserunt et Enchiridii nomine appellarunt, f. 323 v.-324 et 151.

92. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 239; fine mutilus.

(Manuelis Moschopuli Cretensis Schede Isagogica), cum singularium orationis partium examine grammatico. Inscribitur grammatica haec, Michaëli cuidam nuncupata: Βιβλίον περιέχον σχέδη καὶ ἐπιμερίσεις τῶν εἰσαγωγικῶν κοντακίων. Inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ. Exit, fine mutila, in verba ὥσπερ τι νόσημα λοιμικόν, καὶ εἰς αὐτούς... Additae alicubi glossae inter lineas.

93. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 191.

Ex S. Ioannis Damasceni Homilia de Corpore et Sanguine Domini. Inc. Περὶ τοῦ Κυριακοῦ σώματος ὁμιλία. Des. ὁ θάνατος, ἀλλ' οὐ διαφθορά f. 1.

Excerpta ex Caesarii, S. Gregorii Theologi fratris, ad Quaestiones aliquot Responsionibus f. 2.

(Definitiones, ex SS. PP. desumptae, inprimis e Basilio et Cyrillo) f. 2 v.

Definitiones, ordine litterarum expositae, a littera A ad Π. Inc. Τί ἐστιν ἀγαθόν; οὗ πάντες ἐφίενται f. 8 v. Des. τί ἐστιν πνεῦμα; ἀναθυμίασις ξηρὰ καὶ θερμή.

Excerpta ex Polemonis Sophistae (oratione funebri) in Cynaegirum (addit codex καὶ Καλλίμαχον, quamvis haec altera oratio prorsus omittatur). Inc. Ἐπειδὴ τά τε ἄλλα χρὴ καὶ οἰκεῖον εἶναι f. 10. — Excerpta haec excipiunt, extremo folio 10, nonnulla de nativitate obituque quorumdam virorum et de aliis rebus quae (CPoli?) contigerunt annis 1152, 1154 et 1182.

Diogenis Laërtii de Vitis philosophorum libri X (in compendium redacti), f. 10 v. — Folio 33 v. quod inc. (ἀκή)κοας· ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις, eadem iterantur quae iam f. 26 leguntur. — Vitam Epicuri, qua clauditur liber X, excipiunt (f. 42) sententiae aliquot philosophorum, sine inscriptione.

Philostrati de Sophistarum vitis (epitome), sine duorum librorum distinctione, f. 42.

Ioannis Antiocheni Archaeologia, in qua et fabularum declaratio. Excerpta et haec sunt. Inc. Ὁ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαῖος Ὤγυγος f. 47. Des. ὅτι Ἀρίων, ὁ ὑπὸ δελφῖνος εἰς Ταίναρον διασωθείς, ὁ παρ' ἡμῖν Ἰωνᾶς εἶναι λέγεται.

(Excerpta ex) Agathiae (historia de Iustiniani regno). Titulus in codice: Ἀγαθίας, nec plura. Incipiunt excerpta a Francis: Οἱ νῦν λεγόμενοι Φράγγοι Γερμανοὶ τὸ πάλαι ἐκαλοῦντο f. 52 v. — Clauduntur Hunnorum mutua caede: Ταῦτα τὰ ἔθνη ὑπ' ἀλλήλων ἀπώλοντο.

Ex Aeliani Varia historia. Inc. Δεινοὶ κατὰ κοιλίαν (lib. I, cap. I) f. 55. Des. τιμωρὸς ὁ τῆς κόρης οἶστὸς ὁ ἕτερος (lib. XIII, cap. I extr.).

(Ex Heraclidis Pontici libro de Rebus publicis). Inc. Ὅταν τελευτήσῃ ὁ βασιλεὺς ἐν Λακεδαιμόνι f. 64. Des. εὑρεῖν τοῦτον ἄθικτον. — Excerpta haec Aelianum, nullo auctorum discrimine, statim excipiunt.

Ex Aeliani de Animalium proprietatibus libris XVII f. 64 v. — Omittitur librorum distinctio. Exeunt excerpta in verba: ἡ δὲ πεδιὰς ἔτι καὶ μᾶλλον ἢ πρὸς τῷ ποταμῷ (lib. XVII, cap. XXXI).

Excerpta e Xenophonte, et quidem:

I. Ex Cyropaedia. Inc. Παίειν μὲν δεῖ τὸ ὁμόσε γινόμενον (lib. I, cap. II, § 10 extr.) f. 141 v. Des. ἀλλ' ὑπείκουσι καὶ αἱ τάπιδες (lib. VIII, cap. VIII, § 16).

II. Ex Anabasi. Inc. Μαίανδρος ὁ ποταμὸς ῥεῖ διὰ τῆς Κελαινῶν χώρας (lib. I, cap. II, § 7 extr.) f. 145. Des. ἀλωπεκίδας ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι καὶ τοῖς ὠσὶ διὰ τὸ ψῦχος (lib. VII, cap. IV, § 4). — Sequuntur nonnulla ex Memorabilibus huc praepostere inserta.

III. Ex Apologia Socratis. Inscribitur: Ἀπὸ τοῦ βίου Σ. Inc. Οὐκ ἔργῳ εἰς τὸν ναὸν εἰσιόντι προσεῖπεν Ἀπόλλων (§ 15) f. 146 v. Des. ταῦτα εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο (§ 31).

IV. Ex Agesilai vita. Inc. Ἀγεσίλαος πολεμῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ (cap. I, § 28), f. 147. Des. εὐτυχῶν πρᾶος εἶναι (cap. XI, § 2).

V. (Ex Memorabilibus). Inc. Ἔλεγε Σωκράτης· Ἆρ' ὥσπερ οἱ τ' ἀνθρώπεια (lib. I, cap. I, § 15) f. 147 v. Des. λαμπρότατος ὢν διαμένει (lib. IV, cap. VII, § 7).

Excerpta ex Herodoti VII prioribus libris, cum Musarum imaginibus. Inc. Οἱ Φοίνικες ἀπὸ ἐρυθρᾶς θαλάσσης (lib. I, cap. I) f. 151. Des. ἀφικομένης δὲ ἐς αὐτοὺς Μηδείας (lib. VII, cap. LXII). Librorum VI, VII desunt inscriptiones. — Folio 191 v. notantur anni, dies et horae, quibus nonnulla CPoli saec. XIII gesta fuerunt; inter alia, de CPoli a Francis anno 1204 capta; de magno terrae motu, a. 1231; de CPolis liberatione et de (Michaële) Palaeologo, a. 1260 etc.

94. Chart. in f. saec. XVI, fol. 232.

Iamblichi Chalcidensis e Coele Syria de Pythagorica disciplina libri IV, praevio indice generali, cum peculiari in tres libros priores f. 1. — In margine passim glossae brevissimae graece et latine.

Lib. I de Vita Pythagorica. Inc. Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας f. 4. Des. ἀδελφὴ αὐτὸν Χαρίδα τοῦ Λάκωνος.

Lib. II Exhortatio ad philosophiam (inscriptio prolixa). Inc. Περὶ μὲν Πυθαγόρου f. 74 v. Des. τοὺς εἰς παράκλησιν τείνοντας λόγους.

Lib. III de Communi Mathematica scientia. Inc. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς παρούσης ἐπισκέψεως f. 133. Des. λήψεται τὴν διάγνωσιν.

Lib. IV Isagoge in Nicomachi Arithmeticam. Inc. Ἀρχόμενοι τοῦ ἰδίου λόγου f. 223 v. Des. καὶ σφαιρικῆς ἡ παράδοσις γένηται.

Ex Iamblichi libro de Anima. Inc. (Σὺ) δὲ ἐπιμελέστερον τῶν ἄλλων ἠρώτηκας f. 232. Des. ὅτι ἡ ψυχὴ ἀσώματός ἐστιν καὶ ἀθάνατος. — Fragmentum breve.

95. Bombyc. in 8, saec. XIII, fol. 81; litteris minutissimis, cum solitis schematis in textu Harmonicorum, et in margine Euclidis Elementorum.

Claudii Ptolemaei Harmonicorum libri III, cum indice in singulos libros f. 1. — Libro III deest finis capitis II et integrum caput XIII.

Methodi utiles ad ἀπομοιρίων multiplicationem. Inc. Πολυπλασιασμός ἐστι σύνθεσις ἀριθμοῦ τινος f. 24 v.

Euclidis Elementorum, ex Theonis (Alex.) editione, libri X, f. 34. Lib. X, fine mutilus, des. ὁ ϛ̅γ̅ πρὸς τὸν γ̅ε̅, οὕτως τὸ ὑπὸ τῆς β̅α̅... In summo margine folii ultimi, scripta quaedam manu antiqua calamo deleta sunt.

96. Chart. in 8, fol. 129; folia 1-52 scripta anno Chr. 1481, reliqua saec. XVI.

Dionysii orbis terrarum Periegesis seu Descriptio; cum exegesi κατὰ σύνταξιν, seu paraphrasi anonymi in margine, glossis inter lineas et grammaticis adnotatiunculis, f. 1 v. — Praefigitur vita Dionysii, quae inc. Διονύσιος ὁ περιηγητὴς γέγονεν υἱὸς τοῦ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρέως. Des. ἤτοι εἰς τρία μέρη διεῖλον. Clauditur poema heroicum (f. 52) verbis τέλος α̅υ̅π̅α̅, et senariis quatuor continentiam operis describentibus, quibus praemittitur versus Χριστὲ ἄνα, ὅς κάββαλες, ᾄδω σοι δόξαν, et postponitur hicce: τῷ δόντι τέρμα τῇδε τῇ βίβλῳ χάρις.

Oppiani Halieuticorum libri III priores, cum scholiolis passim in margine, et glossis inter lineas, f. 55. — Praefigitur vita Oppiani, quae inc. Ὀππιανὸς ὁ ποιητὴς πατρὸς μὲν ἦν Ἀγεσιλάου (f. 54), et clauditur epigrammate: Ὀππιανὸς κλέος ἔσχεν ἀοίδιμον, ἀλλά με μοιρῶν etc.

97. Bombyc. in 8, saec. XIV-XV, fol. 117. Olim Iohannis Bapt. Posthumi de Leone.

Aristotelis opuscula VI (parva naturalia):

I. De Animalium incessu, praevio indice generali, f. 1.

II. De Sensu et rebus sensilibus f. 11.

III. De Memoria et Reminiscentia f. 23.

IV. De Somno et Vigilia, deque Divinatione per somnum, duobus opusculis in unum coactis, f. 27.

V. De Animalium motione f. 38.

VI. De Animalium generatione f. 44. — Liber II fine mutilus, des. ὅλως δ' ὑπάρχοντος ἑκατέρου εὐφυοῦς πρὸς ἀγονίαν . . . (cap. VIII extr.). Deest integer liber III, cum initio libri IV, qui et fine mutilus des. τῶν δὲ πλεοναζόντων . . . (cap. IV extr.). Desiderantur etiam libri V caput I et initium capitis II.

98. Bombyc. in 8, saec. XV, fol. 243. Madore male habitus, pluribus vocibus usu consumptis.

(Fragmentum de Pedibus metricis). Inc. Ἰστέον ὅτι τῶν ποδῶν οἱ μέν εἰσι δισύλλαβοι f. 1.

Euripidis Tragoediae IX integrae, praeviis indice et poetae vita, cum glossis passim inter lineas et argumentis. Indicem excipiunt pauca de metro Euripideo, quae inc. Τὸ παρὸν ἰαμβικὸν μέτρον, ᾧπερ (cod. ὅπερ) ὁ παρὼν ἐχρήσατο τραγῳδός. — Hecuba f. 4 v. — Orestes f. 29 v. — Phoenissae f. 64. — Medea f. 98 v. — Hippolytus f. 125 v. — Alcestis f. 153. — Andromacha f. 175. — Troades f. 199 v. — (Rhesus) f. 225.

99. Chart. in 4, saec. XV, fol. 152.

Sophoclis Tragoediae IV integrae, sine argumentis, scilicet: (Aiax) f. 1: — Electra f. 29: — Oedipus Tyrannus f. 60: — Antigone f. 92.

(Pindari Olympia, Odae XIV), f. 120. — Odae I-V anepigraphae. Integrae I-XI et XIV; XII[a] fine mutila et XIII[a] initio carens in unam odam coactae sunt.

100. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 145, initio mutilus.

Simplicii, summi philosophi, in Epicteti Enchiridion commentarius, f. 3, praevio prologo qui inc. Περὶ μὲν τοῦ βίου. Textus ipse in capita LXIX distinctus. Inscriptio duplex, una librarii, quae recte se habet; altera recentissima et vitiosa: τοῦ Ἐπίκτητος Σινπλισιοῦ (sic).

Georgii Scholarii de masculinorum nominum inflexione libellus. Inc. Ἅπαν ἀρσενικὸν ἑλληνικὸν ὄνομα f. 127. — Exit, fine mutilus, in verba: βουγάϊος, ὁ πάνυ γαυριῶν καὶ σεμνυνόμενος . . .

Michaëlis Apostolii Byzantini de poeticis Tropis, editio prioribus emendatior (sic cod.) f. 143.

101. Chart. in 8, a Georgio Pulopode Tripocaride anno Chr. 1373 pessime exaratus, fol. 194. — Foliis praeviis, nullo signatis numero, insunt Troparia nonnulla ex Typico, ut videtur, manu recentiore descripta.

S. Sabae τοῦ Θεοφόρου Typicum Ecclesiastici officii, quo S. Laurae monachi utuntur Hierosolymis et in Monte Atho:

I. (Divini cultus officium, a monachis per integrum anni circulum peragendum, festis ac profestis diebus), f. 1.

II. Marci, Abbatis Laurae S. Athanasii in Monte Atho, festorum totius anni diversa praescriptio, f. 15.

III. (Menologium totius anni, a Septembri usque ad Augustum,) f. 24.

IV. (Officia festorum mobilium, a Dominica Publicani et Pharisaei seu Septuagesimae usque ad Dominicam Sanctorum omnium,) f. 150.

Subscriptio haec librarii, rubris scripta litteris, claudit codicem: ἐτελιώθη (sic) τόδε παρὸν τυπικὸν διὰ χειρὸς κάμοῦ ταπεινοῦ καὶ ἁμαρτωλοῦ γεωργίου τοῦ πουπό' μετεπονομασθέντος δὲ τριποκαρίδους· καὶ ὅσοι τοῦτο διέλθεται (l. διήλθετε) μή με μέμφεσθε διὰ τῶν πολλῶν μου σφαλμάτων. ἀλλ' εὔχεσθαί μοι (l. εὔχεσθέ μ.) διὰ τὸν Κύριον. ἐτελειώθη δὲ ἐν ἔτη (l. ἔτει) ,ϛωπα ἰνδ. ια'. Subscriptioni praefigitur doxologia: δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν δόξα σοι. καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι τῷ τὴν ἀρχὴν δείξαντι καὶ τέλος ἐσχηκῶτος (sic).

102. Chart. in 8, bina manu saec. XV, fol. 130.

Hermetis Trismegisti, seu Orphei, de Terrae motibus (poemation). Inc. Φράζεο δὴ καὶ τόνδε λόγον, τέκος f. 1.

Theognidis sententiae f. 3.

Dionysii Alexandrini Orbis terrarum Periegesis seu descriptio, cum glossis inter lineas, f. 55.

S. Ioannis Damasceni (rectius: Io. Damasceni, filii Mesuae, medici Arabis,) libellus de Medicamentis purgantibus, eorumque natura ac proprietatibus etc. (in Sectiones VI distinctus). — Sectio I. Inc. Ἴσθι ὅτι ὁ διορισμὸς τῆς φαρμακοποσίας f. 103. — Sect. II. Inc. Γνῶθι δὲ ὅτι ἐκ τῶν βοηθημάτων f. 112. — Sect. III. Inc. Γίνωσκε ὅτι ἐκ τῶν κενωτικῶν φαρμάκων f. 113 v. — Sect. IV. Inc. Γίνωσκε ὅτι ἀπὸ τῶν κενωτικῶν βοηθημάτων f. 116. — Sect. V. Inc. Γίνωσκε δὲ ὅτι τὸ ἀβρότονον, ὃ ἐλχολλὲφ οἱ Ἀγαρηνοὶ ὀνομάζουσι f. 119 v. — Sect. VI. Inc. Γίνωσκε δὲ ὅτι εἰσὶν ἀπὸ κενωτικῶν βοηθημάτων f. 120. In fine supplevit nonnulla manus recentior: πρὸς τὰ παλαιὰ δὲ ἕλκη καὶ τὰ θηριώδη etc.

103. Chart. in 8, saec. XV (et quidem anno Chr. 1437 exaratus, si fides addenda ultimo folio, quod fortasse ad codicem nostrum non pertinet), fol. 157. — Foliis praeviis nullo, signatis numero. insunt:

I. (Fragmentum e Platonis Euthyphrone), transverse scriptum, initio ac fine mutilum. Inc.... τοὐναντίον (cod. τῶν ἐναντίων) γένηται· ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι.

II. (Initium Grammaticae Manuelis Moschopuli): Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ etc.

III. Precatiuncula: ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος καὶ ὑπέρσοφος, σόφισον etc.

IV. Rationes nonnullae huiusmodi: ὁ Γεώργιος ἔλαβεν ἀργύριον παρὰ τοῦ πατρός μου etc.

MANUELIS (MOSCHOPULI) Cretensis Σχέδη (seu Extemporalia exercitia, cum partium orationis examine grammatico). Inscribitur: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ πρώτου σχέδους, τοῦ διορθωθέντος παρὰ τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κρήτης. Inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν f. 1. Plenior codex 92. — Sequitur (f. 157 v.) fragmentum anonymum ex scripto quodam ecclesiastico. Inc. Ἐπειδὴ παρεκάλεσαν οἱ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Des. καὶ τὸ παρὸν γράμμα τῆς ἡμῶν μετριότητος, καὶ (nec plura). — In fine codicis legitur annus: τοῦ ,ϛϡμε΄.

104. Chart. in 8, saec. XV ineuntis, littera elegantissima scriptus, fol. 239.

DEMOSTHENIS (Orationes selectae), praeviis argumentis:

I. Olynthiacae III: — I. f. 1, — II. f. 7, — III. f. 14.
II. Contra Philippum prima f. 22 v.
III. De Pace f. 33 v.
IV. Contra Philippum secunda f. 40.
V. De Haloneso f. 47 v.
VI. De Chersoneso f. 56.
VII. Contra Philippum tertia et quarta f. 69 v. 82 v.
VIII. De Rhodiorum libertate f. 96.
IX. De Corona f. 103.
X. Contra Aeschinem, De male gesta legatione, f. 169. Argumentum quaerendum in folio penultimo, manu recentiore scripto. — Epistola Philippi (f. 206), Sophoclis iambi ex Antigone (f. 217), et Solonis Elegia (f. 219), in eadem oratione citata.

105. Chart. in 8, saec. XIV-XV, fol. 173.

(Fragmentum ex MENAEIS, mensem Iulium complectens, a die primo ad decimum nonum,) f. 1. — Incipit a tropario in SS. Cosmam et Damianum: Ὅλην ἀποθέμενοι· ἐν οὐρανοῖς τὴν ἐλπίδα. Clauditur Canone in S. Dium, (auctore Iosepho (Hymnographo), ut ex acrostichide Odarum VIII^{ae} et IX^{ae} patet). Canon inc. Διόλου ταῖς πρὸς τὸ Θεῖον νεύσεσι. Ode IX inc. Σὲ τῶν ἀρετῶν εὐμορφία. Codex ex antiquo apographo descriptus, versus singulos, seu cola, punctis diacriticis (τῇ μέσῃ στιγμῇ) accurate inter se distinguit.

106. Chart. in 4, saec. XIV-XV a Constantino Tzamanturo exaratus, fol. 221.

S. IOANNIS DAMASCENI (Capita CL philosophica sive dialectica), praemissa epistola ad S. Cosmam, Maiumae episcopum, f. 1. — Cap. XVII Περὶ συνωνύμων, fine mutilum, des. καὶ ὁ τοὔνομα λόγος... Cap. LXV Περὶ τόπου Θεοῦ, fine etiam carens, des. λέγεται καὶ ἡ ἐκκλησία τόπος Θεοῦ· τοῦτο γὰρ εἰς δό...

Eiusdem de Trisagio, epistola ad Iordanem Archimandritam, f. 203.

(Eiusdem) Loci SS. Patrum, quibus edocemur SS. Trinitatis unam esse voluntatem, operationem et essentiam, f. 218 v.

Subscriptio librarii ad calcem, excisa forfice, una cum medio folio, anni indicatione: εἴληφε τέρμα ἡ παροῦσα πικτύδος (sic pro πυκτίς) διὰ χειρῶν ἀμυδρῶν εὐτελεστάτων πάνυ: ὀθνείου κωνσταντίνου τοῦ τζαμαντούρου.

107. Bombyc. in 8, saec. XIV-XV, litteris pronis, fol. 183. Priorum septem foliorum supersunt tantum lacinia.

Davidis Psalmi, (in XX Cathismata distincti). Incipit cod. a Ps. II, 4. Accedunt consueta Veteris ac Novi Testamenti Cantica seu Odae IX.

Subscriptio librarii ad calcem legitur, quam, ob insolitam monocondyliorum formam, enucleare non potuimus, exceptis verbis ultimis ἀμὴν δόξα σοι ὁ θεός.

108. Bombyc. in 8, trina manu scriptus: prima (f. 1-126) et tertia (254 ad finem) saec. XIV-XV, secunda (127-253) saec. XIV, fol. 272.

Manuelis Moschopuli (Cretensis) Σχέδη (seu Extemporalia exercitia, cum partium orationis analysi grammatica) f. 1. — Exercitia sunt numero XXII, quorum primum glossis inter lineas instruitur, minio descriptis.

Ex Georgii Gemisti (Plethonis) libro de Virtutibus f. 125 v.

De septem Ecclesiae Dei Mysteriis (seu Sacramentis). Nuda nomenclatura, cum appendice brevi de Moysis Decalogo, f. 126.

(Thomae) Magistri Eclogae vocum Atticarum, ordine litterarum digestae, f. 127. — Voces ipsae, minio descriptae, in margine repetuntur. Inc. Ἀρχὴ τοῦ α̅. Αἰχμάλωτον ποιῶ καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι. Littera Ω exit in verba: μηδεμίαν αὐτοῦ δύναμιν ἔχοντος. Notavit infra librarius: ἔχει τὸ βιβλίον τοῦτο τετράδια δεκαέξ, quae verba semel minio, ter nigris litteris recocta leguntur.

Manuelis (Moschopuli Cretensis) Grammatica (rectius Lexicon), litterarum ordine. Inc. Τὸ α̅ μόριόν ποτε μὲν δηλοῖ στέρησιν f. 197.

Troparia quaedam mutila in SS. Apostolos Petrum et Paulum, auctore, ut videtur, Gregorio quodam ἁμαρτωλῷ. Inc. Θαυμαστὸς εἶ σύ, Κύριε· καὶ μεγάλα τὰ ἐλέη σου f. 271 v. — Clauduntur Triadico: Τὸ Πνεῦμα τὸ ἀληθῶς ὁμότιμον etc.

109. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 167.

(Cassiani Bassi) Geoponicorum libri XX (ad Constantinum Porphyrogenitum), cum indice copiosissimo in integrum opus, et peculiari in singulos libros. Inscribitur tantum in exordio codicis: Πίναξ σὺν Θεῷ τοῦ βιβλίου τῶν γεωπονικῶν, omisso auctoris nomine, ut in cod. 400. Lib. XVI

initio mutilus. Collector ipse primo libro praefixit haec: « Omnia quae in hoc libro continentur, selecta sunt ex operibus Florentini, Vindanionii, Anatolii, Berytii, Diophanis, Leontii, Tarantini, Democriti, Africani, Pamphili, Apuleii, Baronis, Zoroastri, Frontonis, Paxami, Damigerontis, Didymi, Sotionis et Quinctiliorum », pluribus aliis auctoribus omissis.

*110. Deest, et iam temporibus Leonis Allatii desiderabatur. Inerant, ut ex Sylburgii et Vat. Palat. Catalogis compertum est, Canones, seu Odae in Sanctos, quarum nonnullae a Ioanne Euchaita, cognomento Mauropode, compositae, ut in codd. 105 et 138.

111. Chart. in 8, saec. XV, fol. 205; pessime scriptus ac vitiosus; fine mutilus. Folia priora partim saec. XVI. Olim Io. Bapt. Egnatii.

Catalogus chronologicus Impp. CPolitanorum a Constantino Magno (ad Manuelem Palaeologum). Partem alteram, scil. inde a Theodoro Lascari, supplevit nota manus Constantini Lascaris. Inc. Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἔτη λβ′ f. 3. — Sequuntur catalogum verba quaedam graeco-barbara, incompta scripta manu, nullius prorsus momenti. Folia 7 v.-10 sine scriptura.

(Georgii Codini) Πάτρια CPolis, (seu CPolitanum Chronicum, de Origine, incremento et ornamento eius urbis). Inscribitur: Πάτρια τῆς Κπόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, καὶ πόθεν κατάγεται Βύζας f. 11. — *Patria* clauduntur verbis τοῦ καὶ γεγονότος δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, ποιήσαντος ἐκεῖ καὶ ξενῶνα.

Catalogus Impp. Christianorum, metro iambico, f. 125. — Inscribitur: Τῶν Χριστιανῶν τοὺς βασιλεῖς μοι σκόπει Catalogus des. Λόγε παλαιέ (= Παλαιολόγε), παντάναξ παντοκράτορ.

Catalogus Patriarcharum CP. metro iambico, f. 126 v. — Inscribitur: Καὶ Πατριάρχας τῆς νέας Ῥώμης βλέπε.

(Georgii Codini) liber de Dignitatibus et Officiis f. 130 v. — Fine mutilus. Des. ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἀρχόντων κρείττων καὶ διαφορώτερος...

Inscriptiones rubris scriptas litteris fere omnes combibit charta. Folio 3 supr. leguntur haec: ἡ παροῦσα βίβλος κτῆμά ἐστιν Ἰωάνν. Βαπτιστοῦ τοῦ Ἐγνατίου πεπαιδευμένου καὶ τὰ θεῖα ἱεροῦ (sic).

112. Chart. in 16, anno Chr. 1510 scriptus, foliis nullo signatis numero. Codex perexiguus, in quo plura folia sine scriptura.

(Grammaticae graecae prima elementa, per quaestiones et responsiones), latine scripta. Incipit a Nominibus, et clauditur indice imperfecto Verborum anomalorum, litterarum ordine, quorum primum ἄγαμαι, ἠγάσθην etc.; postremum κεραννύω, κεκέραμαι καὶ κέκραμαι. Proxime accedit ad Manuelis Chrysolorae Erotemata, monente iam Sylburgio.

113. Chart. in 8, saec. XV, fol. 270, minutissime scriptus, cum glossis passim in margine. — Folio praevio inest rerum index manu recentiore.

In Aphthonii Progymnasmata (Rhetorica) commentarius. Inc. Ἐπειδὴ τὰ τοῦ Ἀφθονίου προγυμνάσματα f. 1. — Exit in eadem verba, quibus clauditur opus Aphthonii: ἀλλ' ἀρχὴ γενήσεται τοῦ πάθους. Fine mutila est exegesis in Thucydidis Encomium.

Hermogenis Ars Rhetorica f. 12. — Absolutum opus excipit commentarii fragmentum perexiguum, in librum de Statibus. Inc. Πῶς ἐπιγνωσόμεθα τὰς στάσεις f. 96. Des. τῷ πράγματι συγχωρῶν ποιεῖ μετάληψιν.

Libanii Sophistae et Rhetoris ad Montium quemdam Proconsulem epistola de Demosthenis genere, vita et scriptis. Prolixam inscriptionem paucis absolvimus. Inc. Ἐπειδή, κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε f. 97. Des. τοῦτο γὰρ αἴτιον εἶναί φησι τὰ πράγματα ἀπόλλυσθαι.

Demosthenis Orationes variae, cum argumentis (Libanii):

I. Olynthiacae III f. 99, 101, 103 v.
II. Philippica prima f. 106 v.
III. De Pace (cod. φιλιππικὸς β') f. 111.
IV. Philippica secunda (cod. φιλιππ. γ'.) f. 113. — Tertia deest.
V. De Haloneso f. 115 v.
VI. De Chersoneso f. 118 v.
VII. (Philippica quarta) f. 128.
VIII. (Ad Philippi epistolam) f. 132 v.
IX. (De ordinanda Republica) f. 135 v.
X. De Classibus f. 138 v.
XI. (De Rhodiorum libertate) f. 141 v.
XII. (Pro Megalopolitanis) f. 144.
XIII. (De foedere Alexandri cum Atheniensibus) f. 146 v.
XIV. De Corona f. 149.
XV. De Legatione male gesta f. 176.
XVI. Adversus Leptinem f. 203.
XVII. Adversus Midiam f. 216 v.
XVIII. Adversus Androtionem, omisso argumento, f. 235 v.

(Lexicon litterarum ordine digestum). Inc. Ἀγών, ἡ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἄσκησις f. 243. Des. φυτεῦσαι (cod. φιτῦσαι), γεννῆσαι· ἐπὶ πατρὸς τέθειται, ἐπὶ δὲ μητρὸς οὐκέτι, ἀλλὰ γεννῆσαι. Desunt litterae χ, ψ, ω.

114. Bombyc. in 8, saec. XIV, fol. *a* 94. Olim Iannotii Manetti. — Folia *a* 1-3 membranacea rescripta, quorum scriptura antiquior, manu saec. X, in duas distincta columnas, fragmentum continet ex Menaeis mensis Iunii, in quo, praeter alia, κάθισμα in S. Agrippinam, et canones in SS. Eusebium et

Asclepium, quantum ex litteris fere expunctis elici potest; recentior, manu saec. XVI et XIV, versiculos aliquot ex Ps. CXXXVIII (f. *a*), et argumentum Electrae Euripidis, cum poetae vita et Hecubae argumento (f. 1, 2).

EURIPIDIS Tragoediae III, praeviis argumentis, et cum scholiis in margine glossisque inter lineas:

(Hecuba) f. 3. — (Orestes) f. 28. — Phoenissae f. 60 v. — Hecubae argumento praefiguntur: I. Argumentum Electrae, quae deest. Inc. Ἀγαμέμνων ὁ βασιλεὺς ἀπερχόμενος εἰς πόλεμον f. 1, sine inscriptione, — II. Vita Euripidis (auctore MANUELE MOSCHOPULO). Inc. Εὐριπίδης Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου καὶ Κλειτοῦς f. 2.

Fragmentum (de Pedibus metricis), initio mutilum et blattis corrosum, f. 94.

115. Chart. in 8, ab Emmanuele Adramytteno Cretensi saec. XV exaratus, fol. 133. Olim Io. Bapt. Posthumi de Leone.

ARISTOTELIS Physicae auscultationis libri VIII: I f. 5, II f. 18, III f. 31, IV f. 43 v., (V) f. 69, VI f. 80, VII f. 96, (VIII) f. 105 v.

Subscriptio scribae in fine codicis: ἐμμανουὴλ ἀτραμΰττινὸς (sic) κρὴς τὸ γένος, φιλολόγος τὸν τρόπον παῖς, ἐξέγραψεν, anno omisso.

116. Bombyc. in 8, saec. XIV, partim ab Alexio τῷ ἁμαρτωλῷ descriptus (f. 1-101); caetera folia manu recentiore. Fol. 141. Olim Guarini (Veronensis).

(MANUELIS CHRYSOLORAE) Erotemata. Inc. Εἰς πόσα διαιροῦνται τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα; f. 1.

ARISTOPHANIS Comoediae III, cum scholiis in margine et glossis inter lineas, praeviis argumentis et vita τοῦ κωμῳδοποιοῦ, quae inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς Φιλίππου μὲν ἦν παῖς f. 23:

I. Plutus f. 25.

II. Nubes f. 59 v. praevia triplici ὑποθέσει: I fine mutila inc. Πρεσβύτης τις ὁ Στρεψιάδης, II inc. Πατὴρ τὸν υἱὸν σωκρατίζειν, III multo prolixior, incipit ut prima, at variatur in fine.

III. Ranae f. 101.

Aenigmata III, iambico metro, f. 141: — I. Ἡ καρίς. Inc. Θάλασσαν οἰκῶ καὶ β(ροτοῖς) βρῶσις πέλω, — II. Μῦς. Inc. Ζῶόν τι μικρόν εἰμι τῶν οὐ βρωσίμων, — III. Νύξ. Inc. Ἔχεις με καὶ φέρεις με καὶ σύνειμί σοι.

Subscriptio possessoris in fine codicis: *Aristophaneos* (sic) *liber mei Guarini emptus Const(antinopoli) anno ab incarnatione Domini MCCCCVI die pº Martii.* — Subscriptio librarii f. 101: ὦ χριστέ, βοήθει μοι τῷ σῷ δούλῳ ἀλεξίῳ τῷ ἁμαρτωλῷ, anno omisso. Legitur etiam in calce codicis precatiuncula ad S. Io. Chrysostomum.

117. Chart. in 4, saec. XV, et bombyc. saec. XIV, fol. 217. Margines haud pauci a bibliopego excisi. Adnotationes alicubi in marginibus Sylburgii et A. Maii.

Dionis Chrysostomi Orationes variae: De Regno, quatuor, f. 1. — Fabula Libyca f. 49 v. — Diogenes, sive de Tyrannide, duae, f. 52. — Diogenes, sive de Virtute, f. 64. — Diogenes, sive de Servis, f. 67. — De Homero f. 72 v. — De Socrate f. 74 v. Iterum f. 180. — Agamemnon, seu de Regno, f. 75 v. — De Nestore f. 78. — De Achille f. 80. — De Fortuna, tres, f. 81. Tertia iterum infra f. 176 v. — De Gloria, tres, f. 89 v. — De Virtute f. 98. — De Philosophia f. 100. – De Philosopho f. 102. — De Habitu (philosophi) f. 104. — De Fide f. 107. — De Incredulitate f. 109. — De Lege f. 115. — De Consuetudine f. 116 v. — Euboicus, seu Venator, f. 120 v. — De Fuga, oratio Athenis habita, f. 142. — Olympica, de prima Dei cognitione, f. 149. — De Regno ac Tyrannide f. 176. Differt a superioribus f. 52; omittitur Dionis nomen. — De Aeschylo, Sophocle (cod. Philocle) et Euripide, seu de Philocteti sagittis, omisso Dionis nomine, f. 178.

Gorgiae Encomium Helenae f. 165 v.

(Themistii oratio) in patris obitum f. 168. — Themistii esse orationem XX, cuius προθεωρίαν vulgavit Mediolani, monet A. Maius in margine.

(Lysiae pro caede Eratosthenis Apologia) f. 170.

Plutarchi tractatus de Virtute et Vitio f. 182 v. — Inscriptio a bibliopego excisa.

(Eiusdem de Liberorum educatione). Deest primum folium. Inc.... ἴστω πολλοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς διαμαρτάνων f. 184.

(Synesii ad Imperatorem de Regno exhortatio) f. 198.

(In Constantinum II, Constantini Magni filium, a fratre Constante interfectum, oratio funebris), imperfecta. Inc. Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μᾶλλον δὲ τῶν ποτε Ῥωμαίων λείψανα δυστυχῆ f. 213. Des. καὶ δὴ κλαίωμεν· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὑπολέλειπται...

118. Chart. in 8, fol. 317. Folia 228-317 a Ioanne Sacerdote et magno Sacellario Monembasiae, impensis Paschalis Ruseti, anno Chr. 1490 exarata; priora alia manu eiusdem aetatis.

Theodori (Gazae) Introductionis grammaticae libri IV f. 1.

Manuelis Moschopuli (Cretensis) Erotemata, sive de Accentibus (nominum et verborum, et de Nominum flexione), cum glossis latine et graece in margine. Inc. Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς f. 228.

Subscriptio scribae in fine codicis: τέλος σὺν θεῷ ἁγίῳ τῶν ἐρωτημάτων ἐξόδῳ καὶ συνεργίᾳ πασχάλη ῥουσέτο (sic)· γραφὲν δὲ παρὰ Ἰωάννου ἱερέως, τύχῃ καὶ μεγάλου σακελλαρίου μονεμβασίας: τελειωθὲν ἐν μηνὶ ἰανουαρίῳ ἰνδικτιῶνος ὀγδόης τοῦ ͵ϛϡϛη΄ ἔτους. Ultimum folium transferendum post 310.

119. Membr. in 4, saec. XV, fol. 85. Olim Iannotii Manetti.

Boethii de Consolatione philosophiae libri V (interprete Maximo Planude). — Praefigitur Boethii vita. Inc. Βοήτιος (sic) ὁ σοφὸς ἦν ἐκ Τουρκουάτων οἰκίας. — Lib. I f. 1 v. II f. 14, III f. 29, IV f. 50, V f. 71. Versus latini graece vario metro per integrum opus translati sunt.

120. Chart. in 8, anno Chr. 1323 descriptus, fol. 182.

S. Ioannis Abbatis in Monte Sinai, (cognomento Scholastici), Climax seu Scala Paradisi. Inscribitur: Λόγος ἀσκητικὸς περὶ τῆς τοῦ ματαίου βίου ἀποταγῆς καὶ ἀναχωρήσεως etc. f. 7. — Praefiguntur Vita sancti a Daniele Rhaitheno conscripta, et Epistola Ioannis Rhaitheni ad eundem, cum responsione. — Ad calcem scripsit librarius: ἔτει ͵ςωλα' ἰνδ. ς'.

121. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 194.

Procli Diadochi in Platonis Timaeum liber primus, sine ulla capitum distinctione.

122. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 233.

Philostrati Atheniensis (vulgo Lemnii) Epistolae (XLVI) f. 1. Prima inc. Τὰ ῥόδα ὥσπερ πτεροῖς τοῖς φύλλοις. Postrema inc. Εὖ πεποίηκας στρωμνῇ χρησάμενος τοῖς ῥόδοις. Utraque τῷ μειρακίῳ inscripta.

(Libanii μελέται, seu Declamationes, XIV) f. 40. Prima: Quibus verbis uti potuerit Medea liberos suos interfectura. Ultima: Quibus verbis uti potuerit Menoeceus.

Michaëlis Plochiri (Musarum et Fortunae quaerimonia). Fabula comica perbrevis, iambico metro. Personae sunt Rusticus, Sapiens, Fortuna, Musae et Chorus. Inc. Ἄγροικος: Χαῖρε, τύχη πότνια τρισολβία f. 73.

Menandri Sententiae monostichae, (litterarum ordine digestae). Inc. Ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φρέειν f. 80. Des. ὡς αἰσχρὸν τὸ ζῆν ἐν πονηροῖς ἔθεσι. Sequuntur folia tria sine scriptura.

Aesopicae fabulae (XXXII), praevio indice, f. 95. Prima fabula inc. Ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες εἰς φρέαρ κατέβησαν. Ultima, Υἱόν τις γέρων δειλὸς μονογενῆ ἔχων. Pleraeque litterarum ordine dispositae. Sequuntur folia quatuor sine scriptura.

(Apophthegmata Ethnicorum pariter et Christianorum, pleraque ordine litterarum digesta). Inc. Ἀντισθένης. Ἀντισθένης τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἔφη· Φίλων δεῖ γνησίων ἢ διαπύρων ἐχθρῶν f. 127. Clauduntur Isocratis sententia: Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Ὁ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν οἰκείων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Singulis sententiis, ex LVI scriptoribus desumptis, auctorum praefiguntur nomina.

123. Membr. in 8, saec. X ineuntis, excepto folio ultimo saec. XV, fol. 186; initio mutilus, elegantissime scriptus.

Dionysii Areopagitae opera varia, cum scholiis in margine, indice generali, et peculiari tantum in librum de Coelesti Hierarchia. Praefigitur prologus (S. Maximi) initio mutilus. Inscriptiones in fronte et fine singulorum librorum. Prologus inc. . . . λεκτέον· ὡς πάμπολλα παρῆκεν. Codex madore, blattis et a bibliopego male habitus:

De Coelesti Hierarchia, ad Timotheum Ephesi Episcopum, f. 5.

De Ecclesiastica Hierarchia, ad eundem, f. 39.

De Mystica Theologia, ad eundem, f. 86.

Epistolae X, scilicet: Ad Gaium θεραπευτήν, quatuor, f. 90 v. — Ad Dorotheum λειτουργόν f. 92, — Ad Sopatrum ἱερέα f. 92, — Ad Polycarpum ἱεράρχην f. 92 v. — Ad Demophilum θεραπευτήν f. 95, — Ad Titum ἱεράρχην f. 104, — Ad Ioannem Theologum et Apostolum f. 111.

De Divinis nominibus, ad Timotheum, f. 112.

124. Bombyc. (f. 1-216) et chartac. (f. 217 ad finem), in 12, saec. XIV, fol. 236; litteris minutissimis. Folia 234-236 praepostere a vetere bibliopego concinnata. — Folio secundo praevio (saec. XVI) insunt:

I. (Epistola, in qua fabula de hirundine in tribunali quodam nidificante). Inc. *Δεῦρο, θαυμασιώτατε. διαμυθολογήσομαι μῦθον οὐκ ἄγουστον.*

II. Nonnulla, fine mutila, in obitum cuiusdam. Inc. *Λίαν ἡμᾶς ἀποβίωσις τοῦ μακαρ(ίου) ἐλύπησε.*

Constantini Mannassis philosophi Synopsis chronica, versibus (politicis) scripta, ab Orbe condito ad Nicephori Botoniatae imperium (anno Chr. 1081); cum prooemio ad Irenem Andronici (Comneni) uxorem, f. 1. — Argumenta brevia in margine minio descripta. Clauditur poema summario chronologico (f. 102 v. et 104), quod inc. Χρὴ γινώσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας τῷ παρόντι χρονικῷ.

(Epistola anonymi, versibus politicis, ad Botoniatem, cuius iussu Manassis Chronica exscripserat). Inc. Νότου βασίλισσά ποτε σοφίαν Σολομῶντος f. 103. — Sequitur fragmentum alius epistolae, versibus pariter politicis scriptae. Inc. Σὺ μὲν ὡς ἄλλος Εὐρυσθεὺς ἐμοὶ προστάττεις, πάτερ f. 104.

Epistola monachi peccatoris et peregrini ad monachum Callinicum. Inc. Τῇ κελεύσει σου εἴξας (cod. εἰξας), καὶ μὴ θέλων f. 104 v.

V. De Dulcedine, caeterisque saporis qualitatibus (cod. Πῶς κριτέον τὰς ἐναντίας δυνάμεις. Τί ἡ γλυκύτης καὶ ἡ πικρότης) f. 4.

VI. De Definitione ordinis (?) temperamentorum ex libro Mnesithei (?) (cod. ἐκ τῶν Μνησίθου?) f. 4.

VII. De Sectis, introductorius tractatus (cod. λόγος πρῶτος), f. 4v.

VIII. Excerpta ex Galeni Arte medica f. 7.

IX. Quomodo dignoscenda arteria trachea (seu aspera) f. 8v.

X. Περὶ αἰτίων ὑγιεινῶν f. 9.

XI. De Febrium differentia. Liber primus f. 11. Liber secundus f. 13v.

XII. De Causis accessionis febris (cod. Αἰτία ἀναβάσεως παροξυσμοῦ) f. 14v. — Ad calcem, senarius: πόνος Γαληνοῦ βίβλος ἡ προκειμένη.

XIII. De Ponderibus et Mensuris liber f. 16v.

XIV. Lexicon herbarium, per synonyma, ordine litterarum digestum. Inc. Ἀντὶ ἀκανθίου, λυχνίς f. 15v. Des. ἀντὶ ὠκίμου, σισύμβριον (cod. σισίμβρ.). — Sequitur aliud huiusmodi Lexicon, pariter in litteram digestum, quod differt prorsus a superiore. Inc. Ἄρκευστον (sic) ἢ καντζάρου, ἢ κέδρος f. 17v. Des. φίλοθρον (sic), ὁ κονιζής (sic). Additur, extra litterarum ordinem: Λιβηστικόν (l. λιβυστ.), τὸ βασιλικὸν σπόρον. Ut patet, mendosissime scriptum. Vide infra f. 83, 471.

Alexandri Aphrodisei Problematum physicorum et medicorum Eclogae, Libri V. Praeit altera inscriptio: Ἐρωτοαποκρίσεις φιλοσόφου. Exponuntur scilicet problemata per quaestiones et responsiones f. 18.

Hippocratis Prognosticorum liber primus, in Sectiones III divisus, f. 40v. — Praeit index f. 39.

Eiusdem Aphorismorum Sectiones VII, cum commentario alio quam

Galeni, praemisso indice. Inc. primus Aphorismus: Ὁ βίος βραχύς etc. Excipit comment.: Τὸ τοῦ βίου ὄνομα πολλαχῶς εἴρηται f. 47.

Galeni de Alimentorum facultatibus. Libri II, praevio indice, f. 84. — Indicem in librum I[um] excipit, quantum ex evanida scriptura coniici potest, catalogus Herbarum purgantium, et illarum quae hepate, splene et stomacho laborantibus utilitatem afferre possint.

Aëtii Amideni de re Medica libri XI, praeviis indicibus et argumentis plerumque ordine litterarum digestis; omissus est lib. VII de Ocularibus morbis:

Lib. I, de Alimentorum facultatibus f. 101. — In margine notatur: Παρεβλήθη ἐκ τῶν Διοσκορίδου βιβλίων τῶν διατροφῶν. Priorem inscriptionem altera excipit: Synopsis trium librorum Oribasii ad Iulianum, Eustathium et Eunapium, et Therapeuticorum Galeni, Archigenis, Rufi, aliorumque insignium veterum.

Lib. II, de speciebus Terrae, de Metallicis et de utilitate ex Animalibus percipienda, ex Galeni libris de medicamentis simplicibus et alimentorum facultatibus, nec non ex Oribasio aliisque, f. 129.

Lib. III, Περὶ ἑνουμένων προσφερομένων, de aëribus, ventis, locis et aquis, ex libris Dioscoridis, f. 151. — Indicem plura sequuntur ex Antyllo et Galeno, quae ad lib. III spectare non videntur.

Lib. IV, Praecepta de salubri victus ratione, ex Galeno, f. 170. — Sequuntur, f. 186, nonnulla ex Galeno et Hippocrate, de Febribus, et f. 187, Diaeresis de humana natura et altera de Febribus. — Folia 187 v. et 188 sine scriptura.

Lib. V, de Morbis febriculosis f. 192. — Indicem excipiunt plura ex Hippocrate et Galeno, a libro V aliena.

Lib. VI, de capitis Affectionibus; cap. I de Phrenesi, ex Posidonio; fine mutilus, f. 251.

Lib. VII; notat librarius in indice libri VIII f. 301, consulto se librum VII de Affectionibus oculorum (ex Demosthene Massiliensi) omisisse.

Lib. VIII, sine inscriptione, f. 301 v. — Integrum librum excipiunt nonnulla de Antidotis.

Lib. IX, sine inscr. Titulus capitis primi: Περὶ τῶν καρδιακῶν καὶ πρὸς ἱδρῶτας διαφόρους f. 359. — Integrum librum excipiunt nonnulla: I° de Iniectionibus contra Dysenteriam f. 419, II° de Antidotis contra Hydropisin f. 421 v. — Folia 420 v. et 421 sine scriptura.

Lib. X, inscriptione excisa, una cum parte superiore folii, f. 423.

Lib. XI, de Renum et Vesicae affectionibus et de generatione calculi in vesica f. 448.

Ex Galeni libro, Qui purgandi sint, quibus purgatoriis, et quando, f. 471.

Περὶ τῶν εὐχρήστων ἡμερῶν, id est, (quantum ex libelli verbis aevi iniuria consumptis colligi potest), de Diebus prophetae (sic) Esdrae a Deo patefactis, quibus Israëlitis emere liceat, vendere, negotiari etc. f. 426 v. Cf. cod. 220 f. 8 v.

200. Membr. in 4, saec. XII, minutissima littera et accuratissime scriptus, fol. 213.

(Euthymii Zigabeni monachi) Panoplia dogmatica (in XXIX titulos digesta, in qua haereses ex S. Scriptura et SS. PP. confutantur), cum scholiis in margine manu recentiore, f. 2. — Titulus primus: Συλλογιστικὴ ἀπόδειξις ὅτι εἷς ἐστι θεός etc. Ultimus: adversus Saracenos.

Nicolai, Episcopi Methonensis, liber de Spiritu Sancto (contra Latinos), ad calcem tituli primi Euthymii Panopliae. Inc. Βασιλεῦ οὐράνιε, Παράκλητε ἀγαθέ, f. 114.

Photii, Patriarchae CPolitani, Paratitlon de VII Oecumenicis Synodis, ex Epistola ad Michaëlem Bulgariae principem. Inc. Ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος f. 213. — In margine folii 217, quo clauditur Paratitlon, leguntur nomina Signorum Zodiaci.

(Contra Armeniorum ieiunium, quod Artziburzium vocant). Inc. Ἀρτζὶ παρὰ τοῖς Ἀρμενίοις ἡ ἄρκτος καλεῖται, βουρτζὶ δέ f. 218.

201. Membr. in 4, saec. XIII, fol. 106.

Narratio animae utilis, ex interiore Aethiopum regione quae India vocatur, ad sanctam civitatem et S. Sabae monasterium per viros venerandos perlata, scripta a Ioanne Damasceno. Inscriptio manu recentiore. Est Historia de rebus a Barlaamo et Ioasapho ascetis in interiore Aegypto seu India gestis. Cf. cod. 59.

202. Chart. in f. varia manu saec. XVI, fol. 246.

(Ioannis Zonarae Annalium fragmentum, initio mutilum, ab Augusto usque ad Ioannem Comnenum). Inscribitur: Γεωργίου τοῦ Σκυλίτζη. Inc.... παθον· ἐκ δὲ τούτου μοναρχεῖσθαι αὖθις ἀκριβῶς ἤρξαντο. Des. ἀεὶ δὲ εἴη Θεῷ χάρις, ἀμήν.

203. Membr. in f. binis columnis, saec. XI, fol. 304; in fine uno et altero folio mutilus.

Aristeae Epistola ad Philocratem, (de LXXII Interpretibus). Inscribitur: Ἀριστέας Φιλοκράτῃ in fronte et ad calcem, f. 1.

Theodoretus in dubia et difficilia S. Scripturae loca (ad Hypatium) f. 22 v. Est tamen in eo libro tantum Genesis et Exodi enarratio, mutila

in fine duobus foliis. Laudantur auctores: Acacius, Apollinaris, Aquilas, Basilius Magnus, Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Ephraem, Epiphanius, Eusebius Emesenus, Gregorii Nazianzenus et Nyssenus, Hippolytus Ep. Romanus, Interpretes Hebraeus et Syrus, Io. Chrysostomus, Ioseph Hebraeus, Origenes, Philo Alexandrinus, Philo Episcopus, Serapio, Severianus Gabalitanus, Severus Antiochenus, Symmachus, Theodoretus, Theodorus, Theodotio. — Epistola ad Hypatium f. 22 v. — Genesis f. 23. — Exodus f. 176. — Ad calcem Genesis στίχοι enumerantur ΑΤΗ.

204. Membr. in f. varia manu saec. XI, exceptis foliis 1-2, 181-182 saec. XIII, fol. 182. Olim Marci Mamunae (v. f. 3 et 177).

(Prochori Vita S. Ioannis Apostoli et Evangelistae), initio mutila (cf. f. 181). Inc.... Χριστοῦ Ἰωάννης (ἰω')· ἐλυπήθη σφόδρα καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τοῦ παιδός f. 1.

Prologus in (Apostoli Pauli Vitam). Uncinis inclusa a vetere bibliopego ex summo margine excisa sunt. Inc. Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἑβραῖος μὲν ἦν τὸ γένος f. 3. — Martyrium Pauli extat in fine voluminis f. 178.

(Pauli Epistolae XIV, cum argumentis, et in marginibus SS. Patrum interpretationes, nec non Oecumenii qui haec scholia collegit). Numerus stichorum et locus quo epistolae scriptae fuerunt, ad calcem singularum significantur:

Epistola ad Romanos f. 7. Argumentum quaerendum in fine codicis, f. 178 v. — Ad calcem epistolae haec notantur: Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακονίσσης τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας· στίχων ϡκ. — Ad Corinthios I^a^, omissa hypothesi, f. 52. II^a^ f. 82 v. — Ad Galatas, deest hypothesis, f. 106. — Ad Ephesios, cum duplici argumento, f. 114. — Ad Philippenses, omissa hypothesi, f. 124. — Ad Colossenses f. 131 v. — Ad Thessalonicenses I^a^ f. 136, II^a^ f. 141; ad calcem utriusque epistolae numerantur stichi. — Ad Timotheum I^a^ f. 144, II^a^ f. 150 v. cum numero stichorum in fine. — Ad Titum f. 155. — Ad Philemonem f. 157. Numerantur stichi in calce. — Ad Hebraeos, cum duplici argumento, f. 158 v. Clauditur epistola hac adnotatione: Ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐγράφη ἀπὸ Ἰταλίας διὰ Τιμόθεον, στίχ. ψν.

Fragmentum initio et fine mutilum, binis columnis scriptum, eademque manu qua duo folia priora. Spectare videtur ad Prochori Vitam Ioannis. Inc.... χωμεν· παραστήσασα καὶ τρεῖς μάρτυρας ἀξιοπίστους f. 181. Desin. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ δαίμων.

Ad calcem Pauli ad Hebraeos epistolae scripsit librarius (f. 177): αἶνος θεῷ χάρις τε καὶ δόξα πρέπει, || τῷ δόντι τέρμα τῆς γραφῆς φθᾶσαι (sic) σθένος, ultimis verbis prolixioris subscriptionis a bibliopego excisis. Ibidem legitur possessoris nomen: Μάρκου Μαμουνὰ ἦν, εὖτε τάδ' ἐγράφετο. Quae verba etiam recurrunt f. 3.

205. Membr. in 4, saec. XII-XIII (folia 1-8, 260-270 suppleta manu saec. XIII) fol. 271. Plurima folia palimpsesta; vetustior scriptura, uncialibus litteris, binis columnis, saec. IX-X, exhibet fragmentum forte alicuius Menologii.

S. Ioannis Chrysostomi Homiliae XXIV, cum inscriptionibus valde prolixis, argumentorum instar:

I. In istud Apostoli ad Timotheum: Vino pauco utere propter stomachum. Item ad eos qui iustorum adversis, improborum secundis offenduntur. Tum adversus eos qui blasphemare audent, f. 2.

II. Super eversis a populo Theodosii Imp. statuis; et in illud Apostoli: Divitibus praecipe in hoc saeculo; et adversus avaritiam, f. 20 v.

III. In abitum Flaviani, episcopi Antiocheni, pro civitate veniam ab Imp. Theodosio deprecaturi etc. f. 35 v.

IV. Exhortatio ad patientiam et tolerantiam ab exemplo Iobi et trium Puerorum. Item Dehortatio a iuramentis, f. 50.

V. Ad populum, de generose et fortiter ferendis minis, ab exemplo Iobi et Ninevitarum. Non metuendam esse mortem, sed peccatum, et quid sit male mori. Iuramenta omni studio vitanda esse; et in terrae motum, f. 60 v.

VI. Magistratus metum esse utilem. Narratio casuum quos in via experti sunt qui seditionis nuncium imperatori tulerunt. Eum qui patitur iniurias et Deo permittenti pro iis agit gratias, parem esse illi qui propter Deum talia patitur. Iuramenta religiose vitanda, f. 76.

VII. Doloris passionem ad peccatum submovendum conferre. In illud: In principio Deus creavit coelum et terram. Consolationem amplissimam praebere mundi opificium. In illud: Adam, ubi es? et de cavendo iuramento, f. 89.

VIII. Exhortatio ad virtutis studium. In illud: Obambulabat Deus sub vesperam in Paradiso. Iuramenta vitanda, f. 96 v.

IX. Laudatio eorum, qui omni studio iuramentum vitant. Non verendum esse, quominus post convivium ad Verbi divini in ecclesia auditionem accedas. S. Scripturae cur longo post tempore datae sint. In illud: Coeli narrant gloriam Dei. Physiologia mundi. De iuramento (vitando), f. 102 v.

X. Laudatio eorum, qui post convivium ad auditionem (Verbi divini) venerunt. Physiologia mundi. Contra eos qui creaturam deificant. Non iurandum esse, f. 111.

XI. Gratiarum actio pro averruncatione malorum quae ex seditione exspectabantur, et recordatio eorum quae tunc acciderant. Contra eos qui corpus nostrum traducunt. De hominis opificio. Non iurandum esse, f. 121 v.

XII. Iterata gratiarum actio pro condonatione delictorum in Imperatorem admissorum. Physiologia creaturae. Deum, qui hominem fecit,

naturalem ei legem indidisse. A iuramentis omni studio abstinendum esse, f. 130.

XIII. Iterum gratiarum actio ad Deum pro tristitiae moerorisque transmutatione. Recordatio eorum qui ob seditionem tracti et puniti fuerunt. Iterata narratio de hominis opificio, et quod homo naturalem legem acceperit. Iuramentum summopere fugiendum esse, f. 141.

XIV. Ad populum qui, vix angore posito confidentiaque resumpta, novis rumoribus consternatus fuerat. Hortatio ad iurisiurandi abstinentiam, f. 149.

XV. Iterum in Antiochiae urbis calamitatem. Metum ubique utilem esse. Luctum risu magis prodesse; et in illud dictum: Agnosce te in medio laqueorum ambulare. Ad iuramentum adigere peius esse quam occidere, f. 161.

XVI. Homilia habita quum, depraedationis rumore sparso, cunctisque de fuga cogitantibus, praefectus populi hortandi gratia in Ecclesiam venisset. Non iurandum esse. In illud Apostoli: Paulus vinctus Iesu Christi, f. 171.

XVII. Ad magistratus ab Imp. Theodosio missos, Ellibichum ducem et Caesarium magistrum, et in eorum inquisitionem qui ob eversas (Imperatoris) statuas deliquerant, f. 182 v.

XVIII. De ieiunio, et in dictum Apostoli: Gaudete in Domino semper, f. 192 v.

XIX. In Dominica τῆς ἐπισωζομένης, ad eos qui ex agris (finitimis confluxerunt), et non iurandum esse, f. 201 v.

XX. In Flaviani episcopi reditum, Imperatorisque cum civitate reconciliationem, et ad eos qui statuarum eversione deliquerant, f. 212 v.

XXI. Catechesis ad illuminandos (baptizandos). De mulieribus quae cincinnis et auro se exornant, et de iis quae ominibus, seu amuletis, seu incantationibus utuntur: quae omnia a doctrina christiana abhorrent, f. 223 v.

XXII. De iniuriarum memoria, seu iracundia. Iuramentum omni studio vitandum esse, f. 234 v.

XXIII. In Parabolam de eo, qui quum decem milia talentorum deberet, centum denarios reposcebat; et quod mali illati memoriam retinere omni peccato peius sit, f. 248.

XXIV. Concio in Magna Hebdomada habita, qua docetur cur Magna Hebdomada nuncupetur; et in illud: Lauda, anima mea, Dominum, et quod magnum sit bonum preces effundere, f. 261.

206. Bombyc. in 8, saec. XV-XVI, fol. 138.

Manuelis Moschopuli (Cretensis Σχέδη grammatica), cum glossis inter lineas. Eadem prorsus quae in codd. 92, 103, 212.

207. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 181; fine mutilus.

CASSIANI BASSI Scholastici e Rei rusticae collectaneis libri II-XIX. Praeter finem libri XIX, deest et integer XX.

Ad calcem codicis subscriptio vitiosissima possessoris, cuius nomen calamo deletum: τούτω τῶ βιβλίω ἔνε τοῦ . . . καὶ ἐγώρασεν ἀπὸ τοῦ κυροῦ (?) τῆς πόλεως.

208. Chart. et membr. in 4, saec. XV, fol. 247; a fronte uno, in calce tribus foliis mutilatus. Olim Marci Mamunae.

THEOPHYLACTI Commentarius in Ioannis Evangelium. — In summo marg. folii 1 legitur: Μάρκου μαμοῦ (cod. 204 μαμουνά) καὶ τῶν φίλων.

209. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 287. Ultima folia picturis variis lepidisque in imo margine, et litteris arabis exornantur.

MISCELLANEA innumera:

(BASILII) Epistolae XLVI f. 1. — Prima ad Eustathium philosophum. Ultima ad Marcianum.

GREGORII (NAZIANZENI) Epistolae IV, ad Basilium, Stagirum, Gregorium Nyssenum, Palladium, f. 54.

(Lexici Botanici fragmentum). Inc. Κοκκύμηλα (cod. κοκκήμ.) καλοῦνται τὰ ἥμερα προῦμνα f. 57 v. Des. ἡ κάν(ν)αβις δύσπεπτός ἐστι καὶ κεφαλαλγικὴ καὶ κακόχυμος, θερμαίνει τε ἱκανῶς.

(De tribus cerebri ventriculis; per quaestiones et responsiones). Inc. Πόσας κοιλίας ἔχει ὁ ἐγκέφαλος; τρεῖς. Τὸ φανταστικόν etc. f. 58.

S. BASILII Oratio ad iuvenes: Quomodo ex Graecorum seu paganorum libris utilitatem percipere queant f. 59; fine mutila. — Sequuntur folia 73, 74 sine scriptura.

(Libanii Vita) ex EUNAPII libro de Vitis Sophistarum f. 75.

LIBANII Sophistae Declamationes XIII f. 77. — Prima: Legatio ad Troianos pro Helena. Ultima: de Amicis.

Eiusdem Epistolae LIX f. 104 v. — Prima Clearcho; ultima Ambiano. — Sequuntur folia 130 v.-135 sine scriptura.

ALCINOI de Platonis dogmatibus liber διδασκαλικός f. 136. — Est isagoge in Platonis philosophiam, ut ad calcem (f. 163 v.) verbis minio descriptis docetur.

De Monade f. 163 v. — De Triade, de Tetrade et de Hebdomade f. 164.

De Bonis (animae et corporis), iuxta Aristotelem, diaeresis altera. Inc. Τὰ μέν ἐστι ἐν ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν σώματι f. 165.

De Scientia et De quinque generibus Artis medicae f. 165 v. — Sequuntur: I. Διαίρεσις λόγου f. 166, — II. Διαίρεσις τῶν ψυχικῶν δυνάμεων f. 166, — III. Διαίρεσις τῶν ὄντων f. 166 v. — IV. Περὶ τῶν ὄντων ἀγαθῶν et Περὶ τῶν ἁπλῶς ὄντων f. 167.

Ex ORIGENE, De Fato quae dicuntur, SS. Scripturarum testimoniis coargui, f. 167 v.

E PLUTARCHI libello (De litteris EI Delphis exaratis) f. 178.

E PLATONE, De Causa secunda, f. 181, praevio brevi prooemio (ex Numenio?), f. 179 v.

E NUMENIO (cod. Νομην.), De eodem argumento, f. 181 v.

Ex AMELIO, De Ioannis Evangelistae theologia, f. 183 v.

E PLATONE, De mortuorum resurrectione, atque adeo etiam de Trinitate, f. 184.

E PHILONE, De pio vitae instituto veterum apud Hebraeos philosophorum, f. 185.

Ex eodem, De iisdem, f. 186 v.

(Ex EUSEBIO), Graecos quidquid habuerunt utile a Barbaris accepisse, f. 189.

Ex CLEMENTE, de eodem argumento, f. 190.

E DIODORI (Siculi) Bibliotheca (historica), eadem de re. Inscr. cod. Διοδώρου τῶν βιβλιοθηκῶν, f. 191 v.

E PORPHYRIO, Suffitus et sacra cur e terra terrenisque non facienda Deo, f. 193 v.

(MICHAËLIS) PSELLI liber de Angelis, cur alati, coronati, specie humana, globumque manibus ferentes pingantur, curque commemoratio eorum fiat secunda hebdomadis feria, tertia vero Prodromi, atque ita deinceps usque ad septimam, f. 199.

(Sententiae aliquot) ex Metaphraste, Isidoro, Solone, Platone, sine ordine f. 200 v. — Quae Soloni hic (f. 201 v.) adscribuntur, infra (f. 218) Platonis nomine inscripta sunt.

S. ATHANASII, Archiep. Alexandrini, tractatus de Melchisedeco: Cur patrem, matrem et genealogiam non habere dicatur, f. 201.

Ex S. CYRILLO, (de Trinitate), f. 203.

Ex (MICHAËLIS) PSELLI (Physicis) de Anima et Mente. Inc. Νοῦς ἐστιν ἕξις ψυχῆς ἡ τελειοτάτη f. 204.

Ex S. GREGORII NYSSENI ad Letoium epistola canonica f. 204.

Ex quot elementis constent corpus et anima f. 211.

ANASTASII, Patriarchae Antiocheni, in illud (Genesis): Faciamus hominem ad imaginem (et similitudinem nostram). Inc. Οὐ μίαν τινὰ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὁ ἄνθρωπος κέκτηται f. 212.

Ex IOANNE CHRYSOSTOMO, Hominem etiam ante malum degustatum scientiam habuisse boni et mali, f. 215.

(Ex eiusdem homilia) in illud Evangelii: Iudex quidam erat in quadam civitate f. 215 v.

Ex CYRILLO in illud (Christi): Iacite rete in dextram navigii partem f. 216 v.

Galli Caesaris ad Iulianum fratrem epistola f. 218.

(S. Gregorii) Theologi Epistolae V: I Ad Iulianum Exaequatorem (τὸν ἐξισωτήν) f. 218 v. — II Ad Gregorium Archiep. f. 218 v. — III Ad Epiphanium f. 219 v. — IV Ad Rhetorem Eudoxium f. 220, — V Ad Evagrium f. 221 v.

(Michaëlis) Pselli in S. Gregorii Naz. dictum: Quare unitas (a principio) in binarium mota, in ternario consedit; fine mutilus sermo. Inscriptio, mutila in fronte, ad calcem folii eadem manu suppleta est. Sermo inc. Οὐκ ἀποκρύψομαι πρὸς ὑμᾶς, ὦ φίλτατοι παῖδες f. 221 v.

(Iulii) Pollucis (Onomastici) libri II priores. Praeeunt senarii iambici, qui inc. Χρυσοῦ μεταλλεῦ καὶ γεωργὲ σπερμάτων. Lib. I f. 224; II f. 249, fine mutilus.

(Aphorismi physici). Primus: Ὅτι καὶ μέγεθος ἡδονῆς θανατοῖ f. 263.

De Kalendis. Inc. Ὅτι Νουμᾶς εἰς τρεῖς τὸν μῆνα διελὼν f. 264.

De XII mensibus. Inc. Ἰανουάριος εἴρηται ἀπὸ τοῦ Ἰανοῦ πατρὸς θεοῦ τινος f. 265.

Ex Origene excerpta varia:

I. In S. Scripturae lectione non despondendum esse animum, etiamsi obscura sint alicubi aenigmata et parabolae. Ex Homilia XX in librum Iosue f. 266.

II. Cur XXII sint libri divinitus inspirati. Ex tomo eiusdem in primum Psalmum f. 267.

III. S. Scripturam instrumentum esse Dei perfectum et aptatum. Ex secundo in Matthaei Evangelium tomo, in illud: Beati pacifici, f. 267 v.

IV. De iis quae in S. Scriptura offendiculi quidpiam habere videntur. Ex XXXV Homilia in Ieremiam, in illud: Non potuit Dominus ultra ferre a facie malitiae vestrae, f. 268 v. Deest in margine nomen Origenis.

V. Alibilia (τὸ τρόφιμον) divinitus inspiratae Scripturae dicta consectanda esse, sed neque repudianda quae ab haereticis turbata in dubium malitiose vocantur, sine vero trepidatione, quae infidelium est, accipienda. Addit codex: Ἐκ τοῦ κ' τοῦ εἰς τὸν Ἱε(ρεμίαν?). Inc. Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνακρίνω f. 269. Deest nomen Origenis.

VI. Contra Graecorum philosophos, qui sacrae Scripturae vilitatem traducunt etc. Ex tomo sexto contra Celsum, qui Christianorum fidem impugnaverat, f. 270.

VII. Clausam esse et obsignatam sacram Scripturam. Ex tomo in Psalmum primum f. 279.

Nomina Legatorum quos ad res suas gerendas in exteras terras mittunt Latini. Pauca sunt. Inc. Ὁ μὲν ἐκ Βενετίας καλεῖται μπάϊουλος f. 278 v. — Sequuntur: I. Verba: Ὅτι ἡ Λυκόπολις ἐν Αἰγύπτῳ ἐστί, — II. Nonnulla de Plotino, ex Porphyrio, — III. Verba: Παλλήνη ἡ νῆσος· Ποτιδαία ἡ πόλις ἡ Κασανδρεία, — IV. De imperativo verbi λέγειν.

(Fragmentum ex PAUSANIA III, 19): Cur Amyclaeenses Bacchum ψίλακα (cod. ψιλάκαν) nuncupent (cf. Lobeck ad *Phryn.* p. 435) f. 280 v.

Quomodo Pascha, Kalendae, Carnisprivium (ἡ ἀπόκρεως) et similia inveniri possint f. 280 v.

(Christianae fidei et haeresium brevis expositio). Scholion ex THEODORO ABUCARA sapientissimo et Deo gratissimo philosopho, (S. Ioannis Damasceni discipulo). Inc. Ἀναγκαῖόν ἐστι μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανῶν αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι f. 281 v.

Ὑποτύπωσις χρηματισμοῦ στολίου καὶ προσώπου. Inc. Εἰς πρῶτον πρόπλασμα τοῦ στολίου f. 284 v.

Urbium nomina progressu temporis ut mutata. Inc. Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυῤῥάχιον f. 285.

De iambico metro. Inc. Ἰστέον ὅτι τὸ ἰαμβικὸν μέτρον f. 286.

(Dicta Platonis, Socratis etc. ex DIOGENE LAËRTIO) f. 287.

210. Membr. in 16, varia manu saec. XIII, fol. 180.

PETRI DAMASCENI cognomento ταπεινοῦ (scripta III ascetica):

I. (Commonitio ad suam ipsius animam?). Inscriptio aevi iniuria prorsus deleta. Inc. Πολλῶν καὶ μεγάλων . . . ἔλαβον δωρεῶν ὁ ἄθλιος ἐγώ f. 1. Des. εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

II. Explicatio ex Io. Chrysostomo (de Vita ascetica). Inc. Φησὶν ὁ Χρυσόστομος πρός τινας μοναχούς f. 117 v.

III. De tribus animae facultatibus, in compendio. Inc. Φησὶν ὁ Γρηγόριος ὁ θεολόγος f. 125. — Folio 128, quo clauditur opusculum, testatur ipse Petrus se id scripsisse ἰνδικτιῶνος πέμπτης, ἔτους ἑξακισχιλιοστοῦ ἑξακοσιοστοῦ ε̄. i. e. anno Chr. 1097.

Canon mesonycticus et paracleticus, toni obliqui secundi, iuxta (hirmum Andreae Cretensis): Βοηθὸς καὶ σκεπαστής· ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. Omittitur auctoris nomen. Exceptis Theotociis, troparia ordinem litterarum sequuntur, punctis diacriticis omnibus in sublime erectis. I^a^ Ode inc. Ἀκατάληπτε Θεέ· ὁ ὑποδείξας διὰ Δαβὶδ f. 128.

(Dicta et gesta sanctorum Ascetarum). Inscr. cod. Exempla renunciationis SS. Patrum, auctoris nomine omisso. Inc. Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Ἰωσὴφ ὁ τοῦ Πηλουσίου f. 130 v. Clauduntur dicto S. Climaci: Λέοντα ὁ κολακεύσας πολλάκις ἡμέρωσεν etc. cf. cod. 146 f. 107.

211. Chart. et membr. in 4, saec. XIV, fol. 97; madore male habitus, et incompta manu exaratus.

(NICOLAI CABASILAE?) in Demetrium martyrem cognomento Myroblyten προσφώνημα. Inc. Οὐδὲν οἶμαι τῶν ἀτόπων f. 1.

(S. Theodorae Aeginensis vita et miracula, auctore NICOLAO CABASILA?). Inc. Πολλοὺς ψυχω(φελεῖς?) τρόπους f. 11.

Narratio de translatione sacrarum reliquiarum s. matris nostrae Theodorae (ab eodem?) f. 66 v.

(Nicolai Cabasilae) in S. Theodoram Encomium. Inc. Ἐμοὶ δὲ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων f. 85 v.

212. Chart. in 8, saec. XIV, cum aliquot foliis in principio, medio et fine manu saec. XVI, fol. 178.

(Manuelis Moschopuli Cretensis Σχέδη grammatica), cum glossis inter lineas; cf. codd. 92, 103, 206.

Clauditur codex monocondyliis librarii, qui folia recentiora exaravit: τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις. ἰνδ. ιδ' ἔτος κθ' (i. e. ͵αφκθ').

213. Chart. in 4, saec. XV (f. 1-40) et bombyc. saec. XIV (f. 41 ad finem), manu peritissima scriptus, fol. 298. Madore pessime habitus, cum scripturae detrimento. Plura folia desunt, plura lacera.

Aphthonii Sophistae Progymnasmata fine mutila f. 5 v. — Praeeunt: I. Prolegomena in Rhetoricam. Inc. Τὴν ῥητορικὴν διαφόρως ὡρίσαντο f. 1, — II. Prolegomena in Progymnasmata. Inc. Προγύμνασμά ἐστιν ἄσκησις f. 4, — III. Index in quatuordecim capita Aphthonii, et scholiolum grammaticum, quod inc. Διὰ τί τὸ μὲν ὁ μῦθος μετὰ τοῦ ἄρθρου f. 4 v.

Maximi Planudis Monachi sapientissimi versus in decem capita (Rhetorices). Inc. Ῥητορικὴ τὸ πρῶτον f. 40 v.

Hermogenis Ars rhetorica, cum summariis in margine:

I. De Statibus f. 41.

II. De Inventione prooemiorum, praevio scholiolo in prima verba: Ἡ πρώτη καὶ καλλίστη, f. 53 v.

III. De Figuris orationis f. 69 v. — Subscripsit librarius: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν εὑρέσεων.

IV. De Ideis, praevio scholiolo in significationem vocis Ἰδέα, f. 78 v.

V. De Methodo eloquentiae f. 128 v. Clauditur disticho. — Sequuntur folia 138-140 sine scriptura.

Luciani opuscula XXIII, cum scholiis passim, et inscriptionibus plerumque in fronte et ad calcem:

I. Iudicium vocalium, sine scholiis, f. 141.

II. Appulsus, seu Tyrannus, f. 142.

III. Iupiter redargutus f. 147.

IV. Iupiter tragoedus f. 150.

V. Calumniae non facile credendum esse, sine scholiis, f. 157.

VI. Icaromenippus, seu ὑπερνέφαλος, f. 160 v.

VII. Somnium, seu Gallus, f. 167.

VIII. Timon, seu Misanthropus, f. 174 v.

IX. Charon, seu Ἐπισκοποῦντες, f. 182 v.

X. Rhetorum magister f. 188.

XI. Piscator, seu Redivivi, f. 192 v. — Abhinc desunt scholia.

XII. Convivium, seu Lapithae, f. 200 v.

XIII. Iupiter accusatus, seu Tribunalia, f. 206.

XIV. Prometheus f. 213.

XV. Pseudosophista, seu Soloecista, f. 216. — Abhinc folia madore deturpata.

XVI. Ad eum qui dixerat: Prometheus es in sermone f. 218.

XVII. Navigium, seu Vota, f. 219.

XVIII. Amores f. 225 v.

XIX. Deorum concilium f. 227 v.

XX. Philopseudes, seu Incredulus, f. 230.

XXI, XXII. Phalaris primus f. 237 v. secundus f. 239 v.

XXIII. Hippias, seu Balneum, f. 240 v. fine mutilus. — Sequuntur folia 241-242 sine scriptura.

(Moschi Amor fugitivus) f. 243. — Pleraque madore deleta. Ex inscriptione supersunt tantum litterae ἔκφρασ(ις).

(Libanii Declamationes IX), quibus praefiguntur argumenta et προθεωρίαι:

I. Filii a patre durius abdicati f. 244.

II. Demosthenis mori postulantis, cum a Philippo post pugnam Chaeronensem deposceretur, f. 248 v.

III. Demosthenis a Philippo dimissi et Athenis accusati f. 251 v.

IV. Demosthenis adversus Misericordiae aram Athenis in se supplice violatam f. 261.

V. Orestis de matricidio accusati f. 264 v.

VI. Menelai ad Troianos pro Helenae restitutione f. 270 v.

VII. Ulyssis ad Troianos pro Helena f. 273 v.

VIII. Parasiti coena frustati f. 281 v.

IX. Filii a moroso patre ob solum risum abdicati f. 283 v. — Plura in fine desunt. Folia 285-290 et 295-297 sine scriptura. Continuatio quaerenda f. 298, ubi habetur alia declamatio, pariter mutila ob lacerum folium, quae inc. Τὰς ἑορτὰς ἄνθρωποι φιλοῦσιν.

214. Chart. in 4, fol. 271, quorum 1-203 descripsit Michaël Apostolius saec. XV; reliqua Antonius Damilas, eodem saec. exeunte.

Theodoreti de Curatione affectionum Graecarum liber, seu Evangelica veritas e Graecanica philosophia ut agnoscatur. In XII capita distinctum opus, ut ex ipso Theodoreti prooemio patet: Cap. I De Fide f. 5, — II De Principio f. 24 v. — III De Angelis et Diis et de Spiritibus malignis f. 44, — IV De Materia et Mundo f. 63 v. — V De Natura humana f. 77, — VI De divina Providentia f. 95, — VII De Sacrificiis

f. 114 v. — VIII De Martyrum veneratione f. 123, — IX De Legibus f. 137 v. — X De Vaticiniis veris et falsis f. 151 v. — XI De Fine et Iudicio f. 170 v. — XII De Virtute practica f. 186 v.

IOANNIS EUCHAITAE (Epigramma iambicum in Theodoretum). Inc. Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους f. 203 v.

GEORGII SCHOLARII, sapientissimi viri, in Natalem Christi Panegyricus f. 207. Mutila inscriptio in fronte, plenior in fine.

Ad calcem Ioannis Euchaitae epigrammatis in Theodoretum: μιχαὴλ ἀποστόλης βυζάντιος ἐξέγραψεν. Ad calcem codicis: ἀντώνιος δαμιλᾶς καὶ τοῦτον ἐξέγραψε τὸν λόγον πονηθέντα τῷ σοφωτάτῳ ἀνδρὶ γεωργίῳ τῷ σχολαρίῳ. Scripserat primum Damilas: γεωργίῳ τῷ κουρτέσῃ, quae ultima verba calamo dein obliteravit.

215. Chart. in 4, saec. XV, fol. 395. Herodotum descripsit Ioannes Sacerdos Serigus, reliqua folia anonymus.

ANTIPATRI Epigramma in Musas, quot et quales fuerint (*Anth. Pal.* IX, 504). Inc. Καλλιόπη σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς f. 1. — Sequuntur alia duo epigrammata in easdem breviora: I. (PLATONIS. *A. P.* IX, 506). Inc. Ἐννέα τὰς Μούσας φασί τινες ὡς ὀλιγώρως, — II. (ANTIPATRI. *A. P.* IX, 26). Inc. Τάσδε θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας.

(De Dialectis, imprimis de Ionica qua utitur Herodotus). Inc. Ἰστέον ὅτι διάλεκτοί εἰσι πέντε f. 2.

HERODOTI Historiarum libri IX, nomine Musarum etiam inscripti, cum summariis in margine, et scholiis passim alia manu scriptis, f. 4. — Nomina Musarum saepe permutantur. In summo margine, ubi singuli libri incipiunt, versus latini in Musas, vitiosissime scripti.

Fragmentum de Dialecto Ionica, alia manu, ut et sequentia, scriptum. Inc. Ἀφαίρεσις, ὡς τὸ ἔκαμον, κάμον f. 394 v. Des. ἔκτασις, ὡς τὸ ἑταῖρος, ἑτᾶρος, ὡς ἐλήλυθα, ἐλήλουθα.

De Musis, ex DIODORI libro tertio. Inc. Ἐπειδήπερ ἐμνήσθημεν ἐν ταῖς Διονύσου πράξεσιν f. 394 v.

Ad calcem Herodoti subscriptio: τέλλος (sic) σὺν θεῷ ἁγίῳ. ἐγράφη δι' ἐξόδου κυροῦ ἰωάννου πρώτου ἱερέως τῆς κρήτης τοῦ συμεονάκη (v. cod. 73) καὶ πόνος ἰωάννου ἱερέως τοῦ σηρίγω (sic) σεπτεβρίῳ (sic) Γ'.

216. Membr. in 4, saec. X, fol. 254; initio et fine mutilus. Numeri quaternionum in summo margine suo singuli loco notati; ubi et tres cruces, paribus constanter intervallis distantes. Adnotatiunculae passim A. Maii.

(BASILII Magni) adversus Eunomium libri III: (Lib. I) f. 1, quod folium capite et cauda mutilum, — II f. 33, — III f. 68; clauditur inscriptione: Κατὰ Εὐνομίου ἀντιῤῥητικὸς γ'.

Metrophanis, sanctissimi Smyrnae Archiepiscopi, Narratio de recens exorta Manichaeorum regerminatione f. 76.

Ex eiusdem Metrophanis diversis (i. e. tribus) contra eosdem Manichaeos homiliis excerpta, ad Nicephorum: — Homilia I inc. Εἰ ἀγαθὸς μὲν τὴν ψυχὴν δημιουργεῖ ὁ δημιουργός f. 106 v. — II inc. Καί μοι τὰς ἀκοάς f. 128, — III inc. Εἰ δὲ ἦν ὡς ὁ ἀποστάτης f. 143.

(Metrophanis) contra Manichaeorum recens propugnatum errorem, secunda editio ad Antonium Metropolitam Cyzicenum. Inc. Ἐπειδήπερ ἱερῶν ἀνδρῶν f. 161 v.

Eiusdem liber de S. Spiritus Mystagogia, et quod, quemadmodum Filius ex solo Patre genitus dicitur sacris oraculis, sic Spiritus Sanctus ex sola eademque causa theologice procedere dicatur; Filii autem esse, quia consubstantialis illi sit, et per eum mittatur. Inc. Ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι f. 211 v.

Basilii Magni sermo in Barlaam martyrem. Inc. Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι f. 252 v. Deest finis. Integer in cod. 245.

217. Bombyc. in 4, saec. XIII, fol. 197, quorum ultimum membranaceum; binis columnis, littera minuta, accuratissime scriptus.

Gregorii Theologi Orationes XXXV, cum scholiis passim in margine eadem manu:

I. Apologeticus super fuga in Pontum, et de Sacerdotio f. 1.

II. In se ipsum et patrem, quum Nazianzenae Ecclesiae curam ei committeret, cum scholiolo ad calcem de tempore quo haec oratio habita fuisse videtur, f. 18.

III. Apologia in eosdem, quum Sasimorum Episcopus electus esset f. 19 v.

IV. In se ipsum et patrem et in Basilium Magnum post reditum a fuga f. 21 v.

V. Ad eos qui vocarant initio nec obviam venerant f. 21 v.

VI. Ad Nazianzenos anxios et magistratum iratum f. 23.

VII. In fratrem Caesarium funebris oratio, superstitibus adhuc parentibus, f. 26.

VIII. In sororem Gorgoniam encomium (funebre), cum scholiolo e regione inscriptionis: Ἐρρέθη ἐν Ἀριανζῷ τῆς Καππαδόκων, ἀφ' ἧς καὶ ὡρμῶντο, ἐν ᾗ καὶ κατάκεινται f. 32 v.

IX. In patrem oratio funebris, praesente Basilio, f. 37 v.

X, XI, XII. Pacificae orationes tres: I f. 48 v. — II f. 54 v. — III f. 58.

XIII. De moderatione in disputationibus servanda, et Non omnis hominis neque omnis temporis esse de Divinitate disserere f. 62.

XIV. In Arianos et se ipsum f. 69 v. E regione in marg. Ἐρρέθη ἐν ΚΠόλει ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου.

XV. Ad Eunomianos, et De Theologia praeludium f. 73 v.

XVI, XVII. De Filio, orationes duae: I f. 76, — II f. 81 v.

XVIII. De Spiritu Sancto f. 87 v.

XIX, XX. De Theologia et Episcoporum Constitutione, orationes duae: I f. 95. — II f. 98.

XXI. Ad Aegyptios Episcopos navi advectos f. 107.

XXII, XXIII. Ad Cledonium presbyterum, contra Apollinarem orationes duae: I f. 110 v. — II f. 112.

XXIV. Ad se ipsum, et eos qui CPolitanam sedem a se affectari dicebant f. 115 v.

XXV. In se ipsum ab agro reversum post res cum Maximo gestas f. 119.

XXVI. In Heronem philosophum ab exilio reversum f. 124 v.

XXVII, XXVIII. Contra Iulianum invectivae duae: I f. 130, — II f. 156 v.

XXIX. In illud Evangelii: Quos sermones quum absolvisset Iesus, transiit a Galilea et venit in fines Iudaeae et sqq. f. 168.

XXX. Ad Nectarium (cod. Caesarium), Archiep. CPolitanum, contra Apollinarem epistola f. 173 v.

XXXI. In Doarensium electionem Homilia, data Eulalio Episcopo f. 174 v.

XXXII. Ad Virginem exhortatio f. 175 v.

XXXIII. Ad Evagrium monachum, de Divinitate f. 176 v.

XXXIV. (Gregorii Thaumaturgi) In Ecclesiasten Metaphrasis. Inc. Τάδε λέγει Σαλομών ὁ τοῦ Δαβίδ βασιλέως f. 178.

XXXV. In Martyres et contra Arianos f. 185.

Collectio et enarratio historiarum, quarum S. Gregorius in primo et altero adversus Iulianum Steliteutico meminit. Inc. Ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ' ἐκείνοις Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀρισταῖος f. 186 et 193.

(Fragmentum Officii in Beatae Virginis Natalem) f. 197. — Doxologiam Magnam et Apolytikion excipit Sticherum: Ὢ τοῦ παραδόξου θαύματος· ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς· ἐκ τῆς στείρας τίκτεται.

218. Membr. in 4, varia manu saec. XII, fol. 282, quorum ultimum blattis valde corrosum.

S. Gregorii Nazianzeni Orationes XXXVI:

I. (Apologia pro fuga in Pontum), initio mutila. Inc. . . . τὲ ἄρχειν ἐθέλειν f. 1.

II, III. In Iulianum et paganos invectivae duae: I f. 11, — II f. 59 v.

IV. Ad eos qui primum vocarant, nec facto presbytero obviam venerant die Paschatis f. 72.

V. In patrem suum et Basilium, quum eum Sasimorum Episcopum electuri essent f. 73 v.

VI. In eosdem post electionem f. 75.

VII. In patrem suum, quum ei Nazianzenae ecclesiae curam committeret f. 77.

VIII, IX, X. Pacificae orationes tres: I f. 79 v. — II f. 88 v. — III f. 93.

XI. In Caesarium oratio funebris, parentibus adhuc superstitibus, f. 99 v.

XII. In Gorgoniam sororem oratio funebris f. 110 v.

XIII. In patrem suum oratio funebris et ad Nonnam matrem consolatoria, praesente Basilio, f. 118. — Nihil deest, quamvis sit vacuum folium 123 v.

XIV. Ad (Nazianzi) cives anxios et magistratum iratum f. 138. — Clauditur oratio senariis quinque, alia scriptis manu, qui inc. Ἡ γλῶσσά σου κάλαμος ἐνθέων λόγων.

XV. De dogmate et constitutione Episcoporum f. 143.

XVI. Ad Eunomianos, disputationis praeludium, seu Non omnis hominis neque temporis esse de Deo disserere, f. 147 v.

XVII. De Theologia oratio altera f. 151 v.

XVIII, XIX. De Filio, orationes duae: I f. 169, cum aliquot circa finem scholiis in margine, — II f. 181.

XX. De Spiritu Sancto f. 193.

XXI. De moderatione in disputationibus servanda f. 206.

XXII. In Heronem philosophum ab exilio reversum f. 219 v.

XXIII. Ad Episcopos ab Aegypto navi advectos f. 229.

XXIV. Ad Arianos et in se ipsum f. 234.

XXV. In se ipsum et eos qui CPolitanam sedem ab ipso affectari dixerant f. 240.

XXVI. In se ipsum ex agro reversum, post res cum Maximo gestas f. 245 v.

XXVII, XXVIII. Ad Cledonium presbyterum epistolae duae: I f. 254, — II f. 259, cum scholiis in margine.

XXIX. Ad Nectarium Episcopum CPolis f. 261 v.

XXX. In Doarensium electionem, homilia Eulalio Episcopo data f. 262 v.

XXXI. Ad Evagrium monachum, de Divinitate f. 264.

XXXII. In illud Evangelii: Quum absolvisset Iesus hos sermones etc. f. 266, cum scholiolo in margine contra eos qui hanc orationem a S. Gregorio abiudicant.

XXXIII. Ad Virginem exhortatio f. 273 v.

XXXIV. Doxologia f. 275.

XXXV. Notatio in Ezechielem, cum scholiolo in margine de dubia orationis auctoritate, f. 275 v.

XXXVI. (Gregorii Thaumaturgi) Metaphrasis in Ecclesiasten (v. cod. 217, f. 178), f. 296. — Ad calcem explicatio signorum quae in marginibus occurrunt.

219. Bombyc. in 4, fol. 353, quorum priora septem saec. XIV, reliqua omnia varia manu saec. XIII, excepto ultimo chartaceo saec. XV.

Index, initio mutilus, Canonum quos interpretatus est Zonaras (cf. f. 22) f. 1.

(Scholion in verba Moysis: Hic est sanguis foederis etc. Exod. XXIV, 8). Inc. Ὁ μὲν Μωϋσῆς τὸ αἷμα ἐρράντισε τῶν τράγων καὶ μόσχων f. 8. — (Aliud ibidem in verba Salomonis: Sexaginta sunt reginae etc. Cant. VI, 7).

(Hymnus vespertinus, λυχνικός seu ἐπιλύχνιος nuncupatus, unde originem duxerit). Inc. Ὁ ὑποκείμενος λυχνικὸς ὕμνος γεγένηται τρόπῳ τοιῷδε f. 8 v. — Sequitur ipse hymnus: Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης etc.

Quando debeat Monachus de monasterio secedere. Inc. Τρία κεφάλαια ἐκβάλλουσι τοὺς μοναχοὺς ἀπὸ τῆς μονῆς f. 8 v. — Sequitur inscriptio tantum, textu omisso: De Tenebris quae ab hora sexta usque ad nonam totam terram obduxere, ex Dionysio Areopagita.

Fragmentum ex S. Athanasio, Archiep. Alexandriae. Inc. Ἀγαπητοὶ τῆς μακαρίας κλήσεως μέτοχοι f. 9.

S. Timothei, Episcopi Alexandrini, Responsiones canonicae ad quaestiones ab Episcopis et clericis in CPolitana Synodo propositas. Inc. Ἐὰν παιδίον κατηχούμενον f. 10.

Quaestiones Monachorum extra urbem degentium et Responsiones ad ipsos factae a CPolitana Synodo, cui praeerat Patriarcha Nicolaus, imperante Alexio Comneno. Inc. Εἰ χρὴ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον f. 12.

S. Nicephori, Archiep. CPolitani et oecumenici Patriarchae, Canones LXVII, ex ecclesiasticis eius et Sanctorum cum eo Patrum Constitutionibus. I Canon inscribitur: Περὶ τῶν ἐκκλησιῶν παρὰ αἱρετικῶν ἐνθρονισθεισῶν f. 13 v. — Accedunt duo alii canones ex eiusdem Nicephori (Typico): I inc. Εἰς τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων εὕρομεν, — II inc. Πάλιν εὕρομεν, ὅτι ἐὰν τελεία γυνὴ f. 15 v.

S. Io. Chrysostomi Caput canonicum de poenis peccatoribus iniungendis. Inc. Οὐ γὰρ ἁπλῶς f. 15 v.

Sisinnii, Patriarchae oecumenici, aliorumque Metropolitarum Caesareae, Heracleae, Ancyrae etc. Ecthesis canonica f. 16.

De Nuptiis vetitis f. 17, — De Nuptiarum solutione f. 18. — Excipit tabella, qua varii connubiorum gradus significantur f. 18 v.

Michaëlis Chumni Nomophylacis, Metropolitae Thessalonicensis, scriptum de Cognationis gradibus. Inc. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινόν f. 19. — Eiusdem alia de eodem argumento Commentatio f. 21.

Ioannis Zonarae Monachi, olim magni Vigilum Drungarii, et primi a Secretis, Commentarii in canones Apostolorum, Synodorum, et in canonicas SS. Patrum epistolas f. 22. — Patres, quorum epistolae canonicae concilia τοπικά excipiunt, sunt hi: Dionysius, Archiepiscopus Alexandrinus f. 235, Gregorius Thaumaturgus, Archiepiscopus Neocaesar. f. 245 v., Athanasius f. 249, Basilius f. 254 v.

Photii Patriarchae Collectiones et Demonstrationes ex Conciliis et historiis accurate excerptae, de Episcopis, Metropolitanis, aliisque quaestionibus ecclesiasticis, f. 296.

(Theodori) Balsamonis Responsio de Patriarcharum privilegiis f. 301 v. — Excipiunt duorum Impp. Alexii (f. 312 v.) et Ioannis Ducae τοῦ Βατάτζη (f. 320) bullae aureae, cum Germani in eundem χαριτώνυμον Imperatorem Tomo. Incipit Tomus: Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη f. 321.

Episcoporum et Patriarcharum CPolitanorum Catalogus, ab Andrea Apostolo usque ad Nicolaum f. 323. — Episcopi, quorum ultimus est Probus, Dometii filius, enumerantur XXII; Patriarchae, quorum primus est Metrophanes, Probi frater, sunt numero LXXIII.

Romanae Ecclesiae Privilegia, Sylvestro Papae Constantini Magni imperiali edicto tributa. Mutila in margine. Edictum inc. Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν σατραπῶν ἡμῶν f. 324. Idem Constantini diploma apud Constantinum Harmenopulum in cod. 256. — Sequuntur pauca, manu recentiore scripta, de primis Impp. CPolitanis.

De Connubiorum gradibus (seu de Nuptiis concessis et vetitis, capita XVI). Inc. Ἀλλὰ γὰρ κἄν τις, οἶμαι, τῶν εὐφρονούντων ἀωρίας ἡμᾶς γράψαιτο f. 327.

220. Membr. in 4, saec. X ineuntis, exceptis foliis prioribus *a-c* saec. XIII, *c* v. ann. 1398, et 8 v. saec. XVI, fol. *a-g* 1-8 13-224. Olim Petri Caci et Nicolai Gaitani (sic).

Interpretatio vocum hebraicarum quae in Evangelio Matthaei occurrunt, ordine litterarum. Inc. Ἀμιναδάμ (sic), λαοῦ μου ἑκουσίου λαός (sic) f. *a*. Des. Σιλωάμ, ἀπεσταλμένος.

Folium *c* v. haec tantum habet: ͵α· ͵τ· ϛη· μην(ὶ) νοεμβρίῳ ϛ· ἐκοιμήθη ὁ δοῦλος (sic) τοῦ θ(ε)οῦ νικόλαος ὁ χαντακήτης ὥρᾳ ζ· ἡμέρᾳ δ'.

Eusebii Harmoniae Evangeliorum Canones X, praemissa ad Carpianum epistola, uncialibus scripta litteris, f. 1. Inscribitur epistola, uncialibus grandioribus minio depictis: Ὑπόθεσις κανόνος. Canonibus (f. 3 v.–7 v.) praeponitur titulus: Ὑπόθεσις κανόνος τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν συμφωνίας. Columnae decem, in quibus Evangelistarum capitula notantur, splendide depictae.

Esdrae sacerdotis ac prophetae (scriptum) Περὶ τῶν ἡμερῶν τῶν πεφωτισμένων καὶ ἀφωτίστων, seu de Diebus fastis et nefastis. Inc. Αὗταί εἰσιν

αἱ ἡμέραι ἃς ἐφανέρωσεν Κύριος ὁ Θεὸς Ἔσδρα τῷ προφήτῃ f. 8 v. Cf. cod. 199 f. 476 v. ubi aliud Esdrae eiusmodi scriptum, initio quidem simile, in sequentibus vero prorsus diversum. Scatent nostra mendis omnigenis.

Evangelia quatuor, cum scholiis et indicatione capitum, paragraphorum, lectionumque solemnium. Singuli Evangelistae suam habent imaginem pictam, temporis vero iniuria et usu consumptam. Evangelium Matthaei f. 13, — Marci f. 100, — Lucae f. 133, — Ioannis f. 186.

Eusebii Evangelicae Quaestiones et solutiones ad Stephanum, in compendium redactae, f. 61. — Sequuntur aliae Quaestiones XII ex (Iulio) Africano, de Genealogia Christi in sacris Evangeliis, praevia praefatione quae inc. Οἱ μὲν οὖν ἤτοι τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν ἠγνοηκότες f. 70.

Eiusdem Eusebii Quaestiones ad Marinum (De Evangeliorum diaphonia, seu discrepantia), praevio prooemio quod inc. Τῶν ἐν τοῖς θεοπνεύστοις εὐαγγελίοις f. 88. — Uterque Quaestionum liber, primus scil. ad Stephanum (v. f. 61), alter ad Marinum, excipit in cod. Evangelium Matthaei.

Clauditur codex: I. Nominibus possessorum: Πέτρου Κάκου καὶ τῶν φίλων ἥδε βίβλος ἐστί. || Νικολάου Γαϊτάνου καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ, — II. Verbis italico sermone scriptis: *1* (sic) *nomine del gratioso Ihu Xho a d. 24 Aprilis: 1541 sera not.* (= notte) *o donat. lo caparo che Dio lo faza benedeto in finis,* — III. Truncis quibusdam de Christi genealogia et aliis nullius momenti.

221. Bombyc. in 4, saec. XIII, exceptis foliis prioribus chartaceis et ultimo saec. XVI, fol. 397; madore et ipso atramento male habitus, illaesa tamen scriptura.

Ioannis Xiphilini, Archiepiscopi CPolitani, in Evangelia Dominicarum sermones LIII. Primus in Natalem Domini; postremus in primam Lucae Dominicam seu Dom. τῶν προπατόρων. — Clauditur codex carmine tetrasticho iambico in Xiphilini sermones. Inc. Οὐ μωσαϊκῶς πρὸς σκιὰν μόνον βλέπει.

*222. Cod. in 4, partim chartaceus, partim bombyc. saec. XIV, oscitanter exaratus, littera minuta, initio ac fine mutilus, fol. 289, quorum priora 16 manu secunda suppleta saec. XV; extrema lacera et vetustate cariosa. Ex codd. Parisios primum translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Cat. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 238), paucis Wilkenius (p. 282).

Homeri Iliadis libri XI priores f. 1. Lib. I inc. a versu 38: Τενέδοιό τε ἶφι (sic) ἀνάσσεις. Accedunt glossae, scholia, commentarii, ordine huiusmodi: praemittitur textus singulorum librorum distinctus (sed in primis tantum libris), cum glossis inter lineas, rubris litteris prima manu in prio-

ribus sexdecim foliis, dein nigris secunda: quae glossae in fine cod. desiderantur; textum libri sequitur eiusdem argumentum duplex; argumentum excipiunt scholia DIDYMI nullis additamentis, nisi quod in primis 16 foliis, manu recentiore suppletis, subinde inferciuntur paraphrasis prosaicae fragmenta. Scholia cuiusque libri clauduntur IOANNIS TZETZAE commentario in eundem perpetuo, versibus politicis, qui inscribitur: Allegoriae Homericae.

223. Chart. in 4, anno Chr. 1495 exaratus, fol. 492.

(CONSTANTINI HARMENOPULI Hexabiblos, sive promptuarium iuris civilis in sex libros divisum). Fragmentum initio et fine mutilum. Inc.... καὶ ὡς βροντὴ ἐν ὑετῷ ἠχῆσα f. 1. Des. τὸ τελευταῖον δὲ ἕκτον περὶ ζημίας καὶ ποινῶν ... — Sequuntur folia 4-7 sine scriptura.

ARISTOPHANIS Comoediae III, cum argumentis, glossis inter lineas et scholiis in margine; — praeeunt: I. Vita Aristophanis. Inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιός f. 8, — II. (Nonnulla de origine et indole comoediae). Inc. Τὸ παλαιὸν οἱ ἐν ταῖς κώμαις ἀδικούμενοι f. 8 v.:

I. (Plutus), cum triplice argumento, f. 11.

II. (Nubes), cum tribus argumentis glossis instructis, quorum ultimum Πρεσβύτης τις Στρεψιάδης etc. bis repetitur, primum compendiose, dein plenius, f. 70.

III. Ranae, praemissis tantum dramatis personis sine argumento, f. 136.

Ex Enchiridio HEPHAESTIONIS, Epitome novem metrorum. Inc. Τὸ ἰαμβικὸν μέτρον δέχεται κατὰ μὲν περιττὰς χώρας f. 189.

EURIPIDIS tragoediae III, cum argumentis, glossis inter lineas et scholiis copiosioribus; — praeeunt: I. Gemina Euripidis vita. Prima (auctore MANUELE MOSCHOPULO) inc. Εὐριπίδης Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου f. 193 v. Altera (auctore THOMA MAGISTRO) inc. Εὐριπίδῃ τῷ ποιητῇ γένος μέν f. 195 v. — II. Nonnulla Περὶ τοῦ εἰδώλου, (ratione ad Achillis umbram in Hecuba habita). Inc. Ἐπειδὴ περὶ τοῦ εἰδώλου προεθέμεθα εἰπεῖν f. 194 v.:

I. Hecuba f. 198 v.

II. Orestes, cum argumento (THOMAE) MAGISTRI. Inc. Ὅτε κατὰ τῶν Τρώων ἡ Ἑλλὰς ὥρμησεν f. 257 v.

III. Phoenissae, cum argumento (THOMAE) MAGISTRI, historiam complectente ab initio ad finem dramatis. Inc. Ἁρπαγείσης Εὐρώπης f. 345.

Herculis labores, cum glossis inter lineas et grammatico examine. Est carmen versibus politicis, a librario ut prosa oratio scriptum. Inc. Τὸν ἐν Νεμέᾳ λέοντα, ὕδραν, ἔλαφον, κάπρον f. 437 v. — Sequitur statim de eodem argumento narratio pedestris, ad quam solam spectat grammatica explanatio.

Clauditur codex: I. Librarii subscriptione, nomine omisso: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ζγ ἔτουςἰνδικτιῶνος... μαρτίῳ ιε διὰ χειρὸς γραψάσης.

ἡ μὲν χεὶρ ἡ γράψασα τὴν τῆδε (sic) βίβλον || σαπήσεται φεῦ καὶ γενήσεται κόνις, || γραφὴ δὲ αὕτη εἰς τοὺς αἰῶνας μένει· || οἱ δ' ἀναγινώσκοντες ταύτην ἐμπόνως, || σύγγνωτε φειδόμενοι ἐμῶν σφαλμάτων, || καὶ συγχώρησιν αἰτῶ βραβεύσατέ μοι f. 491, — II. Truncis quibusdam scholiis ad Graeciae geographiam spectantibus. Inc. Ἑλάδαν (l. Ἑλλάδα) ἅπασαν λέγει τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχὴν f. 491 v.

224. Chart. in 8, saec. XV, fol. 184.

Demosthenis Orationes privatae, plerumque cum argumentis, et inscriptione in fronte et ad calcem singularum:

I. (Contra Cononem), imperfecta, f. 1. Des. ὁ δικαιότερόν σου πιστευθεὶς ἂν κατὰ πάντα. — Sequuntur media pagina et folium 8 sine scriptura.

II. Ad Calliclem, περὶ χωρίου, sine argumento, f. 9.

III. Contra Olympiodorum, praevio argumento, f. 15.

IV. Contra Dionysodorum, praemisso argumento, f. 24.

V. Contra Aphobum, ἐπὶτριταῖς (sic cod. qui recte ἐπιτροπῆς in argumento habet), f. 32 v.

VI. Contra Aphobum altera, sine argumento, f. 43 v.

VII. Pro Stephano, falsi testimonii, cum argumento, f. 46 v.

VIII. Adversus Onetorem, ἐξούλης (δίκη), praevio argumento, f. 56 v.

IX. Adversus Onetorem altera, praeposito argumento, f. 62.

X. Παραγραφὴ adversus Pantaenetum, praevio argumento, f. 66.

XI. Adversus Lacriti παραγραφήν, praemisso argumento, f. 75 v.

XII. Παραγραφὴ adversus Nausimachum et Xenopithem, praevio argumento, f. 85 v. Oratio fine mutila des. καί, Ναυσίμαχε, εἰ μεγάλα ὑμῖν καὶ θαυμαστά... — Folia 90-99 sine scriptura.

XIII. Παραγραφὴ adversus Zenothemim (cod. πρὸς Ζηνοτέμην ἐμπορική), sine argumento, f. 101.

XIV. Παραγραφὴ pro Phormione, praevio argumento, f. 106.

XV. Contra Apaturium παραγραφή, sine argumento, f. 116.

XVI. Contra Macartatum, περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, praevio argumento, f. 124.

XVII. Superest tantum Argumentum Orationis adversus Leocharem (cod. Λεοχάριν pro Λεωχάρην) περὶ τοῦ κλήρου f. 139 v. — Folia 140-142 sine scriptura.

XVIII. Adversus Boeotum, praevio argumento, f. 143 v.

XIX. Adversus Boeotum, ὑπὲρ προικὸς μητρῴας, praevio argumento, f. 150 v.

XX. Adversus Spudiam, ὑπὲρ προικός, praemisso argumento, f. 161 v.

XXI. Adversus Timotheum, ὑπὲρ χρέους, praevio argumento, f. 168.

XXII. Adversus Nicostratum, περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆς Αἰρεθουσίου (sic), praevio argumento, f. 179. Oratio fine mutila.

225. Chart. in 16, anno 1452 a Michaële quodam (notario? v. cod. 195) vitiosissime exaratus, fol. 156, quorum ultima madore male habita.

Psalmi DAVIDIS, initio mutili, cum consuetis in fine Veteris et Novi Testamenti novem Odis. — Folio 101 legitur fragmentum ex Evangelio Ioannis: τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἰδόντες οἱ ἄνθρωποι etc. (VI, 14).

Ad calcem codicis subscriptio librarii: ἐτεληόθη (sic) τὸ παρὸν ψαλτήριον διὰ χειρὸς ἐμοῦ μιχ(αὴ)λ τοῦ καστ... ἐπὶ ἔτους ͵ϛϡξ´ ἰνδικτιῶνος... καὶ ὅσοι ἀναγινώσκετε (cod. ὅσι ἀναγινόσκετε) εὔχεσθε διὰ τὸν κ(ύριο)ν καὶ μὴ καταρᾶσθε (cod. μὶ καταράσθε) ὅτι ἀμαθὴς ἤμην τοῦ γράφειν (cod. γράφην) καὶ ὀξύων καὶ δυνάμεον (sic) οὐδόλως ἐπίστα με (sic pro οὐδ' ὅλως ἐπίσταμαι) καὶ πάλιν λέγη (sic) καὶ ὁ γράφων παραγραφὴ (sic). — Sequuntur soliti senarii ὥσπερ ξένοι χαίρουσιν etc. quos iam non suos, sua si menda excipiantur, nullo versuum discrimine, transcripsit librarius.

226. Chart. in 8, varia manu saec. XV, fol. 227, quorum haud pauca sine scriptura. Plurimas inscriptiones supplevit in margine Sylburgius.

(In Templi CPolitani incendium μονῳδία). Inc. Ἐμοὶ δέ, ὦ ἄνδρες, ἥτε γλῶττα πεπέδηται, ἥ τε χεὶρ δέδεται f. 2.

(In Gregorii Nazianzeni dicta quaedam de Christi Salvatoris Incarnatione, oratio) fine mutila. Inc. Καὶ τῶν στρατηγῶν ἐκείνους μάλιστα εὐδοκιμεῖν οἶμαι f. 6. Des. τοῦ πρώτου καὶ ἀθανάτου καὶ αἰδίου καὶ ἀφθάρτου, εἴποι γ' ἄν, ὡς τῆς δούλης καὶ ἀποτέταγ... — Sequuntur folia 8 v.-15 sine scriptura.

S. AUGUSTINI (Soliloquia integra XXXVII, interprete Maximo Planude?) f. 16. Inscriptio: Τοῦ μακαρίου Αὐγουστίνου, τί ἂν εἴποι ψυχὴ μόνη πρὸς μόνον τὸν Θεόν. Solil. I De ineffabili dulcedine Dei. Ultimum: Oratio ad S. Trinitatem. — Sequuntur folii 52 v. media pagina, et folia 53-55 sine scriptura, etsi nihil desideratur.

(De Concilio Graecorum et Latinorum ad componendam de Spiritus Sancti processione controversiam narratio) fine mutila. Inc. Συνελθόντες γὰρ Λατῖνοί τε καὶ Γραϊκοὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ f. 56. — Sequuntur: I. Capita XI de Processione Spiritus Sancti, f. 58, — II. Precatio ad Spiritum Sanctum f. 58 v.

(Ad ineundam concordiam ad Synodum exhortatio). Inc. Μὴ θαυμάσητε, ὦ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος f. 59. Clauditur oratio Capitibus VII de ipsa concordia f. 67 v. — Sequitur folium 68 sine scriptura.

(Ad Patriarcham CPolitanum Episcopi depositi epistola apologetica). Inc. Τιμίας γραφὰς τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου δεξάμενος f. 69. Iteratur haec eadem epistola folio 75, nisi quod verbis τιμίας γραφάς etc. nonnulla praemittuntur, quae incipiunt: παναγιώτατε, θειότατε, θεσπεσιώτατε.

et clauduntur verbis ἅγιέ μοι αὐθέντα πάτερ δέσποτα καὶ οἰκουμενικὲ πατριάρχα.

(Ad CPolitanum Patriarcham et Episcoporum concilium de iniqua sua depositione Oratio episcopi Maines). Inc. Τῆς δεσποτικῆς καὶ ἱερᾶς εὐαγγελικῆς φωνῆς τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ f. 115. — Excitantur ab auctore Canones Synodici et Iustiniani leges, pergente oratione usque ad f. 133 v.

(In CPolitanum Imperatorem et CPolin ipsam Encomium, in quo, praeter cetera, quod Imperator, urbe a Turcis periclitante, ipse ad petenda ab Italis et Germanis auxilia, profectionem susceperit). Inc. Ἀποδιοπομπεῖσθαι μὲν οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ f. 82.

(Troparium αὐτόμελον, magna Parasceve cantari solitum); alia manu vitiosissime scriptum, sine punctis diacriticis. Inc. Ὅτε ἐκ τοῦ ξύλου σὲ νεκρόν· ὁ Ἀριμαθίος (sic) καθεῖλε (cod. καθήλαι) f. 112 v. — Sequitur media pagina sine scriptura.

(Ad Latinae Ecclesiae legatos, Episcopum Sidensem et doctorem Albertum, Graeci oratoris pro ineunda cum Graecis concordia exhortatio). In LXXXIII capitula divisa oratio, quorum XXVI tantum in margine enumerantur. Integra est, etsi sequitur spatium haud ita parvum sine scriptura. Inc. Ἔθος ἐστὶ μεγάλου ἐπαίνου ἄξιον f. 134.

(In Imperatorem CPolitanum Encomium, quod ipse apud reges Occidentis effecerit, ut, indicta Synodo, unus Pontifex eligeretur, et Ecclesiae pax restitueretur). Inscribitur: Προσφώνημα. Inc. Εἰ δὲ ἡ μακρὰ καὶ συνεχὴς καὶ πολυήμερος κατειργάσατό μοι τὸ σῶμα νόσος f. 142. — Eadem oratio iteratur folio 176.

IOANNIS Alexandrini liber de Astrolabii usu, et quid quaeque descriptio in eo significet f. 150 v. Inscriptionem sequitur Index: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ συντάγματι etc. Caput primum: Περὶ τῆς ἐν τοῖς τυμπάνοις καταγραφῆς, ἐν οἷς τὰ κλίματα γέγραπται etc. Inc. Ἡ μὲν οὖν τοῦ ἐπιπέδου, ἐν ᾧ ἡ διόπτρα κεῖται, καταγραφή. Folia 158-160, lectu difficillima et minutissimis scripta litteris, manu recentiore saeculi XVI suppleta sunt. — Folia 160 v. 161 sine scriptura.

(Ex AUGUSTINO, HIERONYMO et Papa DAMASO quaedam de S. Trinitate). In codice inscribuntur haec excerpta: Ἐκ τῆς πρὸς Μαξιμῖνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου. Inc. Ἐκ πατρός ἐστιν ὁ υἱός· ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον f. 162.

Ex SS. THOMA Aquinate et CYRILLO, de S. Trinitate. Inc. Δυνάμεθα δύο λέγειν εἶναι προβολέας f. 163.

S. MAXIMI ad Marinum, Cypri presbyterum, epistola. Inc. Νόμῳ θείῳ κατὰ Θεὸν εὐθυνόμενος, θεοτίμητε πάτερ f. 165.

S. CYRILLI Ἀναθεματισμὸς θ'. Inc. Εἴ τις τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν f. 166. — Ibidem ex THEODORETO Cyri Episcopo. Inc. Ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα.

Ex S. CYRILLI ad Euoptium (epistola) f. 166 v. — Sequuntur excerpta ex eiusdem ad Ioannem Antiochenum epistola.

Ex THEODORETO ad Ioannem Antiochenum, μετὰ τὰς διαλλαγάς, et ex S. CYRILLO ad Valerianum Episcopum f. 167.

CHARISII presbyteri ad Synodum tertiam contra Nestorium fidei expositio (e synodo Ephesina excerpta) f. 167 v.

(Excerpta ex PP. Graecis et Latinis, de Spiritus Sancti processione) f. 169.

Περὶ τῆς προσθήκης (i. e. de vocibus « Filioque » symbolo fidei a Latinis additis). Sunt responsiones Graecorum ad argumenta ea de re a Latinis prolata f. 174 v.

Ex S. CYRILLI ad Acacium, (Episcopum) Melitenes, epistola f. 175 v.

(Ad Synodum Graecorum et Latinorum Oratio). Inc. Πρῶτον μέν, ὦ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ῥοπήν τε καὶ συμμαχίαν ἐπικαλοῦμαι f. 180 v. Lacuna parva ante finem. — Sequuntur (f. 183 v.) Alphabeti graeci elementa minuscula et maiuscula. — Folia 184, 185 sine scriptura.

(De Stellarum et siderum virtute seu efficacia), fragmentum initio, medio et fine mutilum, f. 186.

Ex HARPOCRATIONE Alexandrino de Animalium, plantarum et lapidum virtutibus physicis selecta, ordine litterarum digesta. Inc. Ἄμπελος λευκή, ἥτις καὶ βρυονία (l. βρυωνία) λέγεται f. 194. Clauduntur excerpta verbis τὰ δὲ ἀράχνια ὠὰ ὑποθυμιώμενα, ἢ περιαπτόμενα ὠκυτόκια γίνεται. Alia manu saec. XVI scripta, litteris minutissimis.

HERMETIS TRISMEGISTI ad Asclepium liber de Herbis septem planetarum. Inc. Πρώτη βοτάνη ἡλίου προσαγορευομένη κιχώρη f. 204 v. Des. ὁ μὲν ἔξωθεν νευρώδης, ἡ δὲ ἔνδοθεν σαρκώδης. — Sequuntur folia 205, 206 fere sine scriptura.

Scholia in tres Ptolemaei Syntaxis seu Constructionis libros. In libr. I f. 207; in II f. 212 v.; in III f. 222. Incipiunt scholia: Ὁ γὰρ ἂν εἰς πρᾶξιν προαχθῇ. Exeunt in verba: καὶ τῆς $\overline{\theta}$ ἐπὶ τοῦ μείζονος ἐκ κέντρου. — Sequuntur folia tria fere vacua.

227. Membr. in 4, saec. XII, fol. 308.

EVANGELIA quatuor, cum capitum et paragraphorum significatione, aureis litteris exarata. Suam singuli Evangelistae imaginem habebant pictam, avulsa illa Matthaei, aevoque prorsus consumpta imagine Ioannis:

Evangelium Matthaei, lacunosum in fine capitis IV, folio avulso, f. 3, — Marci f. 91, — Lucae f. 148, — Ioannis f. 242.

228. Membr. in 4, saec. XIII-XIV, fol. *a-b* 271; fine mutilus.

S. DIONYSII scholion, manu recentiore scriptum. Inc. Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον f. *a* v.

Πίναξ, seu tabula rerum codicis copiosissima f. b, ex qua patet, praeter finem Epistolae Agapeti ad Imp. Iustinianum, sequentia in codice nostro desiderari: I. Βασιλείου βασιλέως κεφάλαια παραινετικὰ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Λέοντα, — II. Περὶ τῆς πανευφήμου βασιλίσσης Πλακίλλης συζεύγου βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, — III. Περὶ τῆς ἀοιδίμου βασιλίσσης Πουλχερίας ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, — IV. Περὶ τῆς μακαρίας βασιλίσσης Θεοφανὼ συζύγου βασιλέως Λέοντος, — V. Περὶ τῆς ὁσίας Ἀνθούσης θυγατρὸς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου.

S. Ioannis Chrysostomi orationes quaedam et epistolae, praevia Chrysostomi precatione, qua uti solitus, quum ad lectionem accederet; precatio inc. Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἄνοιξον τὰ ὦτα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς f. b:

I. Ad Viduam iuvenculam f. 1.

II. Ad Olympiadem diaconissam epistolae XVII f. 16.

III. Ad Innocentium Episcopum Romae epp. II f. 103 v.

IV. Ad Cyriacum Episcopum epp. II f. 111.

V. Ad Stagirium a daemone vexatum epp. III f. 116.

VI. Ad Theodorum, qui de virtutis via deflexerat, exhortationes II f. 201.

VII. De Patientia f. 248.

VIII. De Imperio et Potestate, fragmentum, f. 262 v.

Agapeti diaconi ad Imp. Iustinianum (Praecepta de imperio pie administrando). Inc. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα f. 264. Liber fine mutilus des. ἀλλὰ πάντα καταλιπὼν ἐπὶ τῆς γῆς, γυμνὸς ὁ λό(γος) . . . In tabula (de qua supra) inscriptioni: Διακόνου τοῦ Ἀγαπητοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Ἰουστινιανόν adduntur haec: σχέδη τὰ λεγόμενα μικρά.

229. Bombyc. in 8, saec. XIV, fol. 266. Olim (Iannotii) Maneti (sic).

Evangelia quatuor, cum indicatione capitum, paragraphorum et lectionum:

(Ev. Matthaei) f. 1. Clauditur hac adnotatione: Τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου γραφέντος ὑπ' αὐτοῦ Ἑβραΐα διαλέκτῳ μετὰ χρόνους (i. e. annos) ὀκτὼ τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως καὶ ἐν Ἱ(ερουσα)λὴμ ἐκδοθέντος· εἶτα ἑρμηνευθέντος ὑπὸ Ἰωάννου. Στίχ. ͵βχ. — (Ev. Marci) f. 74. In fine scholiolum: Τὸ κατὰ Μάρκον ἅγιον εὐαγγέλιον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν ἐσπουδασμένων ἐν στίχοις λφν· κεφάλαια σμα. — (Ev. Lucae) f. 121. In clausula scholiolum: Τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ἐξεδόθη μετὰ χρόνους ιε τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως διὰ στίχων δισχιλίων ω (sic). — (Ev. Ioannis) f. 198. — Capitum indicem sequuntur: I. Epigramma hexametrum in S. Ioannem: Βρονταῖος (cod. βροντῆης) θεόφωνος, Ἰωάννης παμμακάριστος· || πρωτότοκος σοφίης ὑπεράρχιον εὕρατο ἀρχήν· || πρωτοφανῆ γενετῆρα Θεοῦ, Θεὸν αὐτογένεθλον, — II. Aliud epigramma iambicum in eundem, ut soluta

oratio scriptum: Παρθένος τις (cod. τί) τὸν τεκόντα τὸν κάτω || λιπών, τεκόντα τὸν Θεὸν κτᾶται μόνον· || ὡς παρθένος γὰρ πρὸς τὸν ἐκ τῆς παρθένου || καλοῦντα Χριστὸν οἷα συγγενὴς τρέχει· || ἐντεῦθεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ γνησίως || πεσών, ἐκεῖθεν τὴν ἄβυσσον λαμβάνει || τῆς γνώσεως, καὶ πάντα πλουτεῖ τὸν κόσμον || μυστηρίων ἄγνωστα καὶ τοῖς ἀγγέλοις. || Θεηγόρας τέταρτος οὖν Ἰωάννης || εὐαγγελιστής· ἀλλ' ἐν ὕψει δογμάτων || πρῶτος μέγιστος ἄκρος, ἀρχὴ καὶ τέλος, — III. Adnotatio: Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν αὐτῶν ἀντιγράφων ἐν στίχοις ͵αβ· κεφάλαια σλβ. Et demum haec altera: Τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον ἐξεδόθη μετὰ χρόνους τριάκοντα δύο τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως, διὰ στίχων ͵μτ.

Lectionum solemnium per integrum annum Ἐκλογάδιον, seu Eclogarium, a magna Paschatis Dominica f. 251. — Inscriptionem, ut solet, prolixam paucis absolvimus.

(Menologium parvum, in quo Sanctorum memoriae per singulos menses, a Septembri ad finem Augusti, et quae illarum singulis legi soleant), f. 258. — Sequuntur Εὐαγγέλια διάφορα εἰς διαφόρους ἡμέρας. Inc. Εἰς ἐγκαίνια ναοῦ, Ἰωάννης, κεφ. ϛβ'.

230. Membr. in 4, saec. X, fol. 246.

(Catena veterum Patrum in Iobum), cum plurimis picturis haud ita pulchris, tempore usuque valde detritis. — Patres citantur: Apollinaris, Aquilas, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Clemens, Cyrillus, Didymus, (Dionysius) Alexandr., D. (Areopagita), Ephraem, Evagrius, Gregorius Naz., Isidorus, Iulianus, Methodius, Nilus, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus, Symmachus, Theodotio, Theophylactus, LXXII interpretes V. T. quorum versio in praefatione maxime commendatur, aliique.

231. Bombyc. (f. 1 membr.) in 4, saec. XIII-XIV, fol. 233; folia suppleta chart. saec. XV. Olim Ioannis Baptistae Egnatii.

Homeri Ilias, cum solitis monostichis, praemissa poetae vita, f. 1 v. — Scholia rarissima, alicubi et varia lectio. Ilias clauditur f. 231 monostichis in Odysseae libros singulos, quorum primum: Ἄλφα θεῶν ἀγορὴν Ὀδυσσῆϊδα Παλλάδι θάρσος (sic); postremum: Ὦ (δ') Ὀδυσσεὺς σὺν πατρὶ καὶ υἱέι μάχετ' Ἀχαίους. Ex nomine τοῦ παχυμέρη, quod in margine legitur, videntur Georgium Pachymerem auctorem habere. In margine mutila quaedam etiam manu eadem saeculi XIII-XIV scripta: Τῆς παρούσης πραγματείας ἴσως ἄν τις αἰτιάσαιτο· ἅμα μὲν ἀλλοτρίοις ἐπιχ (ultimis litteris a vet. bibliopego excisis) ἅμα δέ...

(De variis scriptorum propositis). Inc. Λόγους ἐπιτηδεύειν, οὐ μεθ' ὁμοίας πάντες τῆς γνώμης, οὐδὲ πρὸς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ τέλος ὁρῶντες f. 231 v. Des. σαφῶς γὰρ ἴσασιν, ὡς οὐδὲν ὧν ἀποφαίνονται περὶ λόγων, νοῦν ἔχοντες ἀποφαίνονται.

In fronte codicis leguntur imcomposita haec: Ὅμηρος εἶ τίνος, ὦ βίβλος; ζητεῖς τίνος; ἀνδρὸς ἐκείνου || ὃν πάντες τοῖς ἐν γράμμασι || ὅνπερ τοῖς ἐν γράμμασιν ἀρχὸν ἔφη. Et infra: I. Εἶ τίνος, ὦ βύβλος (sic); ζητεῖς τίνος; ἀνδρὸς ἐκείνου, || ὅνπερ ἅπας μουσῶν ἀρχιερῆα λέγει || Βαπτιστὴς ὁ Ἐγνάτιος, — II. Senarius: Κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

232. Membr. in 16, palimpsestus, fol. 132; ex uno alteroque codice consarcinatus. Scriptura vetustior, litteris partim uncialibus saec. IX-X, partim minusculis saec. X-XII, fragmenta exhibet ex variis, ut videtur, libris ecclesiasticis. Recentior, saec. XIII-XIV, in duas divisa columnas, quarum una textum graecum, altera interpretationem praebet latinam.

(Nicolai Hydruntini adversus Latinos disputationum Syntagmata III); Nicolai Hydruntini, non Methonensis, esse opus, ex carmine evincitur, quo pars tertia clauditur:

I. (De processione Spiritus Sancti), initio mutilum, in quo brevis narratio de Synodis. Inc.... τὰ ἐκείνων ἐντάλματα ἀπεπλήρωσαν f. 3.

II. De Sancta Communione, panem fermentatum scilicet a Christo discipulis esse praebitum; inscriptionem valde prolixam paucis absolvimus, f. 91 v.

III. De Latinorum Ieiunio in Sabbato; Non esse perfectam in Quadragesima μυσταγωγίαν (missam) celebrandam; et De Coniugiis sacerdotum f. 120 v. — Ad calcem carmen iambicum, eodem Nicolao auctore. Inc. Τρισσὴ μὲν ἥδε τῶν ἐμῶν συνταγμάτων. Des. τῷ Νικολάῳ συντεταχότι τάδε || ᾧ πατρίς ἐστιν ἡ πόλις Ἱδρυντίνων f. 131 v.

(Eiusdem), Quod non deceat mulieres introducere in Sanctuarium. Inc. Περὶ τοῦ ὅτι οὐ δεῖ γυναῖκας εἰσελθεῖν ἐν θυσιαστηρίῳ, καθὼς ὑμεῖς ποιεῖτε f. 132. Des. ὅρα (sic) λοιπὸν τί ποιεῖτε, Λατῖνοι.

233. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 158. Ultima folia madore male habita.

Περὶ τῶν Θεοδοτιανῶν καὶ Ἀθιγγάνων (sic) f. 1. Initium blattis valde corrosum legi nequit.

De iis qui a Saracenis (a Moamedica religione) ad puram sinceramque Christianam fidem se conferunt f. 3. — Folium 6 v. quo clauditur libellus, scriptura caret.

(De Iudicis officio). Inscribitur: Κατάκρισις τεθεῖσα ὑπὸ τῶν πανευσεβῶν βασιλέων ἡμῶν. Inc. Οἶμαι δὲ τῶν κρίνειν λαχόντων f. 7.

(Iuris civilis tituli VII): I. De Lege et iustitia f. 7, — II. De Imperatore f. 7 v. — III. De Patriarcha f. 8, — IV. De ordine Praefecti urbis f. 9, — V. De Quaestore f. 10, — VI. De Magistratibus in genere f. 12, —

VII. Sine muneribus et donis creandos esse magistratus, iudicia non esse pecuniis corrumpenda, nec ter delinquentibus ignoscendum f. 12 v.

Rusticae leges ex iure Iustinianeo f. 13.

(Connubiales leges). Inc. Συγγενὴς συγγενοῦς μνηστὴν ἁρπάσας f. 18 v. — Folio 19 v. excerpta eadem de re ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ τόμου τοῦ γεγονότος ἐπὶ τοῦ πατριάρχου κυροῦ Κοσμᾶ· κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς δ' ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ϛφπθ ἔτους καὶ ὑπογραφέντος παρὰ τοῦ χαρτοφύλακος κυροῦ Νικηφόρου. Inc. Καθολικῶς εἰπεῖν ἐπί τε τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. — Et folio 20 v. excerpta e Synodo pro Ecclesiae concordia, habita Constantino imperante, Romano vero βασιλεοπάτορος dignitate exornato. — Ad calcem folii 28 v. rubris litteris additur, post ultima verba ἅτινα οὕτως ἔχει, inscriptio: Ἶσον συνοδικῶν Θεοδώρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων; quod exemplar transcribere omisit librarius.

(Promptuarium legum de Nuptiis), in titulos XL divisum, quorum primus: De Consensu et approbatione sponsalium, f. 31 v.; postremus: Περὶ διακρισμοῦ σκύλων, seu de Spoliorum disperditione, f. 91. Quae sub titulo septimo, de vetitis nuptiis, praebentur, eadem iisdem prorsus verbis folio 144 iterantur. — Promptuario praefiguntur: I. Πίναξ τοῦ προχείρου νόμου, in quo λθ' tituli tantum numerantur pro μ', — II. Προοίμιον τῆς εἰσαγωγῆς τοῦ νόμου etc.

Ab haeresibus ad sanctam et apostolicam Ecclesiam accedentes quomodo accipiendi sint: ac primum, qui a Manichaea haeresi, f. 91 v.

Methodii, sanctissimi Patriarchae, Constitutio de iis qui diverso modo vel aetate se convertunt f. 98 v.

Precationes duae piaculares f. 99, 99 v.

Precatio pro Christianis, qui errore aut vi ad paganismum devoluti, ad Dei Ecclesiam confugiunt f. 100.

Precatio pro puero apostata resipiscente f. 100 v.

Precatio pro Gentilibus ad fidem convertendis f. 101 v.

Quomodo accipiendi sint Iudaei ad fidem Christianorum accedentes f. 102. — Sequitur eadem de re Expositio accuratior f. 103.

De Baptismo Iudaeis non conferendo, nisi quis eos diligenter prius probaverit, f. 106 v.

De Sancta Trinitate et Filii Incarnatione argumenta, excerpta e Veteri Testamento, praevia praefatione, quae προθεωρία dicitur, f. 115 v. — In marg. folii 116 v. transverse scripta, leguntur monocondylia haec: ὁ ταπεινὸς μητροπολήτης (sic) ἀδριανουπόλεως καὶ ἔπαρχος πάσης θράκης.

Methodii monachi e variis synopticis scriptis collecta demonstratio, Laicos ab antistitibus suis, qui orthodoxi sint, divelli non debere, etiamsi per nefarium aliquem casum eorum processerit electio f. 131. — Zonarae Chronicon citatur et Synodicon.

Christianae fidei brevis et plana Expositio f. 142.

De Nuptiis vetitis, (ubi de diversis cognationis gradibus), f. 144. — Vide quae supra adnotavimus ad f. 31 v.

Ab Iacobitarum et Chatzitzariorum abominanda haeresi ad Christianam fidem sese convertentes, quas haereses et quomodo anathematizent. Anathematum singulae singulis haeresibus subiiciuntur formulae. Inc. Εὐτυχεῖ τῷ ἀρχιμανδρίτῃ καὶ αἱρεσιάρχῃ ἀνάθεμα f. 153.

Paschalion, seu tabula Paschalis, in columnas X divisa; omnia rubro colore depicta, f. 159.

234. Chart. in 8, saec. XV, fol. 96, quorum plura calamo Matthiae cuiusdam, libri possessoris, foede deturpata.

THEODORI PRODROMI, de Spiritibus (dictionum libellus: item de Nominibus in εία et ία, et de aliis quae diphthongis scribi solent). Utitur promiscue auctor sermone pedestri et versibus politicis. Inc. (prosa oratione): Ἰστέον ὅτι τὸ $\overline{\alpha}$ δασύνεται ἐν λέξεσι τοιαύταις· ἅπαξ, ἁπλῶς f. 2. Versus politici inc. Ἁμαρτωλὸς ἐλεεινὸς ἐξομοιοῦνται τούτοις.

(Lexicon breve, iambis politicis scriptum). Inc. Ἄαπτος, ἀπροσπέλαστος· ἄατος ἀβλαβής τε f. 6. Des. Ὠφίσθην δὲ ἐχρόνισα, ὦ τῷ ἰδίῳ τέλος.

Grammatica (pseudo) CYRILLI, (de litteris). Inscribitur: Γραμματικὴ τοῦ μεγάλου Κυρίλου (sic). Inc. Πόθεν κέκληται γράμμα; f. 13 v. Des. τὸ $\overline{\omega}$ μέγα δηλοῖ βασιλείαν Θεοῦ ἀτελεύτητον οὐρανίων τε καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.

(Grammatica Isagoge et exercitia), cum interpretatione latina inter lineas, litteris rubris, in capita VIII divisa: I. De Coniugatione f. 16, — II. De Declinatione f. 17, — III. De Coniunctionibus f. 19, — IV. De Articulis f. 20, — De Adverbiis f. 21, — V. De primitivis Pronominibus f. 22, — VI. De Praepositionibus, de quibus fusius, disputatur, f. 23 v. — VII. De Dialectis et de elementis litterarum f. 35, — VIII. De Octo orationis partibus f. 37.

(Vocabula latina ad grammaticam spectantia), cum graeca interpretatione. Inc. *Adiectivum*, ἐπίθετον, *substantivum*, ὑποστατικόν f. 47. — Sequitur f. 48 v. indiculus vocum latinarum, sine ullo ordine, cum interpretatione graeca. Inc. *Declinabilis*, κλιτικός (cod. κλητ). *Subiectus*, ὑποκείμενος. *Significat*, σημαίνει.

(Erotemata grammatica, de Partibus orationis), cum interpretatione latina inter lineas. Inc. Ἀγαπῶ, τί μέρος λόγου ἐστί; f. 49 v.

CATONIS Romani praecepta (διδασκαλίαι) ad filium, quae ex Latino sermone in Graecum convertit sapientissimus Maximus Planudes, cum textu latino inter lineas, f. 86.

Eiusdem Distichorum moralium liber primus, (interprete eodem Planude) f. 88 v. — Versio graeca e regione textus latini. Erroribus scatet inscriptio graeca indocto Latino adscribenda: Κάτονος βιβλίον $\overline{\alpha}$· γνόμαι δίστιχοι.

Ad calcem Lexici graeci f. 13 v. leguntur sequentia στεγανογραφικῶς scripta: ψ Cόλω (l. ἑολω) ψσ νεοοβνηπλνό εμε σν. quae, nexis nectendis, sic sunt interpretanda: τέλος τῶν ἑλληνικῶν λέξεων.

235. Chart. in 4, saec. XV-XVI, littera scriptus minutissima, fol. 342. Ultimo folio mutilus; madore corruptus, incolumi scriptura.

Boëtii (cod. Βοετίου) philosophi, Ars dialectica, seu Topicorum libri III (interprete Maximo Planude). Lib. I f. 1, — II f. 9, — III f. 22 v. In fine libri III (f. 31 v.) haec adnotantur: Λείπει τὸ δ̄ τῶν τοπικῶν, ὅ ἐστι καὶ τελευταῖον· ἐν ᾧ, ὡς οἶμαι, διαλαμβάνει ὁ Βοήτιος περὶ τῶν ῥητορικῶν τόπων. Sequuntur pars folii 31 v. et folium 32 sine scriptura.

(S.) Thomae (Aquinatis) in Aristotelis tractatum (sc. III libros) de Anima Commentarius, interprete sapientissimo et eruditissimo, Romanorumque (i. e. Byzantinorum) catholico Iudice, Georgio Scholario. Lib. I f. 33. — Lib. II et III in unum videntur coacti f. 77 v.-201 v. Inter folia 118 et 119 deest folium.

(Ex Dialectica Magistri Petri Hispani, interprete eodem Scholario). Inc. Διαλεκτική ἐστι τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν f. 202. Des. τὸ ζῶον ἢ λογικὸν ἢ ἄλογον· ἀλλ' οὐκ ἄλογον, λογικὸν ἄρα.

Ex (S.) Thoma philosopho, de Sophismatis (seu Sophisticis, interprete eodem). Inc. Ἐπειδὴ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη ἐστὶ περὶ λόγους f. 239 v. Des. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν σοφισμάτων.

(S. Thomae) Prolegomena seu προθεωρούμενα (in Aristotelis Physicorum libros II priores, interprete, ut videtur, eodem G. Scholario). Lib. I inc. Ἐπειδὴ τὸ βιβλίον τῶν φυσικῶν οὗ τὴν ἐξήγησιν προϊστάμεθα f. 258. Folium 279 v. sine scriptura. — Lib. II inc. Τῶν ὄντων τὰ μὲν φύσει διορισάμενος f. 287. Clauditur, fine mutilus, capite VIII.

(S. Thomae Aquinatis opusculum de Ente et Essentia, interprete eodem). Inc. Ἐπειδὴ ἡ μικρὰ πλάνη ἐν τῇ ἀρχῇ, μεγάλη ἐστὶν ἐν τῷ τέλει f. 303.

(Aristotelis De Anima libri III) f. 319. — Desunt librorum inscriptiones. Folium ultimum avulsum.

236. Chart. saec. XV, fol. 101; a Duca seu Luca notario videtur exaratus.

(Euripidis Hecuba et Orestes), cum glossis inter lineas et scholiis in margine: Hecuba f. 4, — Orestes f. 51. — Fabulis praefigitur Thomae Magistri Synopsis vitae poetae et dramatis (Hecubae) argumenti f. 1. — Sequuntur Synopsim pauca de metro iambico, f. 3 v.; dein series valde prolixa rationum, manu possessoris codicis, ut videtur, annis 1470 et 1471, perscriptarum, inter quas pecunia memoratur impensa ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ λουκᾶ τοῦ νοταρίου μεγάλου δουκός, et quidem εἰς τὴν τουτορίαν εἰς τοὺς πουπίλλους αὐτοῦ τοῦ μεγάλου δουκὸς τὴν μαδόνα ἄννα(ν) παλαιολόγον

καὶ μίσερ ἰάκωβον νοτάριον etc. Similia habentur folio 1 in margine inferiore; quin imo, extrema codicis folia (a f. 99 v. ad finem usque) rationibus eiusdem generis referciuntur, lingua graeca vulgari et itala scriptis.

Subscriptio fortasse librarii (monocond.) in imo marg. folii 77, a tergo: Δούκας? νοτάριος τῆς ἁγιωτάτης τέλος (sic).

237. Bombyc. (f. 1-148) et chart. in 4, bina manu saec. XIV, fol. 161, quorum plura vacua.

THEMISTII paraphrasis Aristotelis de Anima librorum VII (= III), cum lemmatis latinis in margine:

Lib. I, cum praefatione quae inc. Ἰστέον ὅτι Ἀριστοτέλης ἐν τρισὶ λόγοις τὸν περὶ ψυχῆς ἐξέθετο λόγον f. 1, — II f. 16 v. — III f. 33, — IV f. 50, — V f. 70, — VI f. 87 v. — VII f. 104.

Scholia anonymi in Aristotelis de Physica auscultatione libros IV, VII, V (sic enim libri sese in codice excipiunt):

In lib IV, praevio prolixo argumento litteris scripto rubris. Inc. Ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ περὶ τόπου καὶ χρόνου καὶ κενοῦ f. 114. Plura in medio desunt. — In lib. VII f. 129 v. Nonnulla desiderantur. — In lib. V f. 137. — Scholia folio 148 v. clauduntur. Sequuntur una fere pagina et folia 149-152 sine scriptura.

ALEXANDRI Aphrodisiensis Dubiorum aliquot solutiones; (libri I pars), f. 153. — Complectitur LXXXIV Problematum et aliarum dubiarum quaestionum solutiones, alio ordine quam in edd. Prima: Cur brutorum stercus minus male oleat. — Sequuntur folia plura sine scriptura ad finem usque codicis, nisi quod ultimum, inter alia nullius prorsus momenti, epistolam praebet fine mutilam, ineptis scatentem mendis, ad Κύριον πάπαν Ἰωσήφ, quae inc. Εὐλαβέσταται, φρονημότατε, περηφανέστατε.

Folio praevio secundo, post nonnullas precatiunculas horrida scriptas manu, leguntur haec: ἐτήλιωθη (sic pro ἐτελειώθη) τὸ παρον βιβλιον δια χιρος εμου ταχα και ταπινου . . . , nec plura, omissis anno, nomine et accentibus fere cunctis.

238. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 69.

(MANUELIS MOSCHOPULI Lexicon vocum Atticarum), principio et fine mutilum. Integrum in codice 108. Inc. Ἔαρ, ἔαρος καὶ ἦρος. Exit in verbum ψεύδομαι. Voces in margine repetuntur.

239. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 192. Priora folia sic numerantur: 1, 1^a, 1^b, 1^c, 2 etc.

(Homiliae XXIX in Evangelia dierum Dominicarum), praevio indice. Inscriptio, olim minio descripta, iniuria temporis deleta. Secunda homilia

eadem est quae decima Ioannis Xiphilini in codice 221. Prima inscribitur: In Dominicam Publicani et Pharisaei. Inc. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ τὸν Φαρισαῖον f. 1ᵃ. Postrema: In Dominicam nonam, post Dominicam Omnium Sanctorum. Inc. Καὶ οἱ τοὺς ἑαυτῶν φίλους.

(Excerpta de aedificiis CPolitanis a Iustiniano exstructis). Exordiuntur a Templo S. Sophiae. Inc. Ὅτι χρὴ γινώσκειν δρομικὴν ξυλόστεργον f. 183 v. Des. ὅτι ᾠκοδόμησε τὴν νέαν καὶ τὸ Φόρον.

240. Chart. in 8, saec. XV, fol. 104.

ARISTOPHANIS Plutus et Nubes, praeviis argumentis, et cum glossis inter lineas, rarisque scholiis in margine. Praefigitur brevis poetae Vita, quae inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος. — Plutus f. 2. — Nubes f. 46 v.

241. Chart. in 8, saec. XV, a Ioanne Sophopulo (sic) mendosissime exaratus, fol. 148.

(Acta S. Menae Martyris) initio mutila. Inc. . . . εἶπεν οὖν ὁ ἡγεμών· Λέγε μοι, στρατιώτης ἦς (cod. ἢ), καθὼς ἀναφέρει περὶ σοῦ ἡ τάξις; Μηνᾶς λέγει· Ναί, στρατιώτης ἤμην f. 1.

(Evangelia, Epistolae, troparia, antiphonae, aliaque tempore Pentecostarii usitata, a Dominica Paschatis ad Dominicam Sanctorum Omnium). Inc. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα f. 5.

(MENOLOGIUM totius anni) f. 110 v.

Claudunt codicem: I. subscriptio librarii rudissima, quam, illotis sordibus, religiose referimus: ἐπληρώθ(η) ἡ αὔτ(η) βύβλως διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτόλ(ου) ἰω(άνν)ου τοῦ σοφοπούλ(ου) ἐν μηνί μαΐῳ ιη̄ ἡμέρα γ̄ τοῦ ἁγ(ίου) πν(εύματο)ς ἰνδ. ξ̄· καὶ ἀναγινόσκοντες αὐτὸν εὔχεσθέ μι διὰ τὸν κ(ύριο)ν, ὅτι χορικὸς ἤμη (l. χωρικός εἰμι) τῆς γραφῆς. τῷ δὲ θ(ε)ῷ δό(ξα) ἡ (l. εἰς) τοὺς αἰῶνας (sic) ἀμήν f. 148 v. — II. Προκείμενα τοῦ Ἀποστόλου, seu versiculi ex Psalmis, secundum octo tonos, qui leguntur in Liturgia sacra ante Epistolas, f. 149.

242. Bombyc. in 8, saec. XIII-XIV, fol. *a-d* 107, binis columnis. — Foliis praeviis insunt:

I. Fragmentum, initio mutilum, Evangelii Matthaei (X, 28) f. *a*.
II. Scholiolum, quod inc. Τοῦτο τὸ μέλλον ᾐνίττετο f. *a* v.
III. Orationes aliquot ex Euchologio f. *b-d*.
IV. Schema breve philosophicum f. *d* v.

(IOANNIS Monachi, Arsenii fratris, versus trimetri iambici in Ioannis Damasceni Logicam seu Dialecticam). Inc. Τὸ τῶν λό(γων) ἔντ(εχνον) κάλλους ὡς γέμον || πρὸς τὸν (sic) (λαμπρ)ὸν νένευκε τῆς ἐκκλησίας f. 1.

Litterae suppletae evanuerunt in codice. Des. τὰ θεῖα μ' εὐδόκισον (sic) ἐν παντὶ χρόνῳ.

S. SYMEONIS τοῦ νέου ἐν θεολόγοις (Poemation anacreonteum) πρὸς (τὸν Θεὸν αὐτοῦ δεικνύοντα ἔρωτα). Inc. Πῶς καὶ πῦρ ὑπάρχεις βλύζον; f. 2. Pauca sunt, blattis valde corrosa.

(Epigramma in Io. Damascenum). Inc. Ὄντως ποταμὸς τυγχάνεις, Ἰωάννη f. 3.

BASILII a Secretis (Poemation iambicum in Io. Damascenum). Inc. Πυρός τι χρῆμα πᾶς νόμιζε λαμβάνειν f. 3.

(IOANNIS DAMASCENI Logica seu Dialectica), praevia epistola ad S. Cosmam, Episcopum Maiumensem, f. 4. — Constat capitibus LX, quorum primum de Philosophia, postremum de Definitione, Propositione et Syllogismo. Initium capitis primi, Περὶ γνώσεως, quaerendum folio 105 v.; finis eiusdem et caput secundum folio 1, post carmen Ioannis, Arsenii fratris, ubi et Index. Capita de Hypostasi et Enhypostato, folio 103 recto et verso. — Ad clausulam capitis sexagesimi et ultimi aliud accedit Περὶ ἑνώσεως, quod inc. Ἕνωσις γίνεται κατὰ διαφόρους τρόπους. Hic illic in imo margine adnotatiunculae leguntur.

Eiusdem, Orthodoxae fidei expositio. Capitibus C constat, quorum primum: Incomprehensibilem esse Deitatem f. 30; postremum: de Imaginibus. Praeit Index, heptasticho clausus iambico qui inc. Ἵνα κρατυνθῇς τεχνικῶν λόγων σθένει.

Ex GREGORIO NYSSENO, de S. Trinitate consubstantiali et individua. Inc. Ὅτι δὲ ὁμοούσιος, καὶ ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις καὶ μία θεότης f. 104 v.

(Proverbia aliquot). Inc. Τῶν προσποιητῶς δακρυόντων f. 106. Des. Χάρης στρατηγὸς Ἀθηναίων εὐχαρής τε καὶ ἑτοιμότατος πρὸς τὰς ὑποσχέσεις λέγεται γεγονέναι.

Encomium in S. Deiparae dormitionem. Troparia sunt, quorum primum inc. Βρεφοθεὶς (sic) ἀρρήτως· ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ f. 106 v.

Encomium in sanctos Apostolos Petrum et Paulum. Inc. Μακαρίζομέν σε, ἀποστόλων ἀκρότης f. 106 v.

Claudunt codicem fragmenta duo, blattis corrosa. Primum nonnulla praebet dicta Alexandri et Aesopi; alterum, (de S. Symeone Stylita?).

243. Chart. in 8, bina manu saec. XIV, fol. 262, constans ex duobus codicibus in unum coactis, quorum primus complectitur folia 1-201, reliqua alter.

(HIRMOLOGIUM, cum notis musicis), initio mutilum, f. 1. Insunt Hirmi seu καταβασίαι canonum Octoechi, qui in officiis ecclesiasticis, ad octo Graecorum tonos, per integrum annum cantari solent. Prima καταβασία inscribitur: In Dormitionem Sanctae Deiparae. — Hirmologium excipiunt Troparia sequentia, pariter in octo tonos distributa:

I. Μακαρισμοί, (seu Troparia quae post Beatitudines Evangelii Matthaei recitantur), f. 124.

II. Πολυέλεος, complectens vetera et recentiora Ἀλληλουϊάρια, καὶ τοῦ Λατρινοῦ (cod. λατρυνοῦ), f. 125 v.

III. Αἱ δοχαὶ (non δόξαι) τῆς ὅλης ἑβδομάδος f. 150 et 154.

IV. Τὰ κραγάρια (sic cod. pro κεκραγάρια) f. 152 v.

V. Officium Magni Vespertini, a variis melodis veteribus et recentioribus conditum, f. 160.

VI. Alius Psalmus, qui τετράστιχος nuncupatur, f. 174. — Idem ad modulum compositus, qui λατρινός dicitur, f. 178 v. — Hymnis nomina saepe Melurgorum praefiguntur, in primis recentiorum: Κουκουμᾶ, τοῦ Μαΐστορος, τοῦ Παπαμανουήλ, τοῦ Κοντοπέτρου, τοῦ παναρέτου κυροῦ Γεωργίου, τοῦ Κορνιλήου (sic) μοναχοῦ et aliorum.

Phrynichi Atticorum verborum et nominum Ecloga, in duo τμήματα divisa, quorum primum f. 202; alterum f. 210. — Pars haec altera codicis, quae eclogam Phrynichi complectitur, figuris in imo margine adornatur et picturis venustis.

Herodiani (Alexandrini) Quaesita circa declinationem omnium orationis partium. Inc. Πολλῶν σφαλλομένων κατὰ κλίσιν δοτικῆς πτώσεως f. 216.

Eiusdem de Verbis. Inc. Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες f. 220.

Eiusdem alia τεχνικά, (seu grammatica). Inc. Τὸ πρὶν ἢ μετὰ ὑποτακτικοῦ συντάσσεται f. 223.

S. Gregorii Theologi, (seu Nazianzeni), liber ad Evagrium Monachum, de Divinitate f. 234.

Eiusdem Σημασία (seu Notatio) in Ezechielem f. 236 v.

Basilii et Libanii Epistolae mutuae (XXII). Prima: Libanii ad Basilium Inc. Οὔπω μοι τῆς λύπης ὑφῆκας f. 237 v. Ultima: Basilii ad Libanium. Inc. Εἰ μέν τι περὶ τοῦ λόγου τοῖς νέοις.

Gregorii Theologi ad magnum Basilium epistola. Inc. Πῶς ἐπιφυλλὶς ἡμῖν τὰ σά f. 244.

Apophthegmata e sacris et profanis scriptoribus f. 244 v. — Citantur, incomposito agmine, Chrysostomus, (Gregorius) Theologus, Aristoteles, Herodotus, Pythagoras, Plutarchus et Basilius.

Quaestiones (physicae). Inc. Φυσικαί εἰσιν αἱ ἀρεταὶ ἢ οὔ; ναί, φυσικαί f. 249 v. — Sequuntur, f. 250 v. praeter alia nullius momenti, excerpta ex Gregorio Theologo, Basilio, Philone, Didymo, Sirach.

Gregorii Acropolitae, magni Logothetae, interpretatio dictorum theologicorum (i. e. Gregorii Nazianzeni), quorum primum: Ἔστι καὶ τὸ ἓν στασιάζον πρὸς ἑαυτό, πολλὰ γίνεσθαι, seu, Potest etiam unum, si a se ipso dissideat, multa fieri; alterum: Μονὰς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστη, seu, Unitas in binarium promota, in ternario consistit. Inc. Πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν φίλων f. 251 v.

De significatione vocis Ἀλληλούϊα. Inc. Τὸ ἀλ, κραταιός· τὸ λη, Ἰησοῦς f. 257 v. Des. ἄλλως, αἰνεῖτε τὸν Κύριον.

(De S. Basilii dicto): Ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἓν τῶν ἁπάντων κατορθωμάτων, ἐφ' ᾧ οὐχὶ τῶν ἁπάντων ἐκράτει f. 258. — Claudit triplicem explicationem sententia (Symeonis) τοῦ νέου θεολόγου: Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν etc. f. 258 v.

Ex Ioanne Damasceno (de Corpore Domini). Inc. Περὶ τοῦ κυριακοῦ σώματος, ὃ μεταλαμβάνομεν f. 259.

(De dicto Salomonis: Σοφία ὀρθοί, quod in sacra Liturgia pronunciat sacerdos); disquisitio fine mutila. Inc. Τὸν (l. τό) ἐν ταῖς παροιμίαις τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ἐκφωνεῖν τὸν ἱερέα· Σοφία ὀρθοί, φῶς Χριστοῦ φαίνει πᾶσιν f. 259. — Sequuntur nonnulla troparia cum notis musicis, quae ad Hirmologium (f. 1) spectare videntur.

Χρυσαφίου μέθοδος (seu Ratio auri scriptorii et pictorii conficiendi). Inc. Λάβε χρυσάφιον καθαρόν f. 261. — Sequuntur: I. Ἕτερα περὶ χρυσογραμμίας f. 261 v. — II. Πῶς κατασκευάζεται τὸ κιννάβαρι f. 262. — Clauditur demum codex notis musicis.

244. Chart. in 4, a Michaële Apostolio saeculo XV in Creta exaratus, fol. 403.

Etymologicum Suidae, ordine litterarum digestum; a vulgato Etymologico et Suidae Lexico diversum, iam monente Sylburgio. Incipit, ut Lexicon quod vulgo Zonarae tribuitur, a verbis: Ἄαπτος, ὁ ἀπροσπέλαστος, παρὰ τὸ (sic) ἅπτω· ἄπτος καὶ ἄαπτος, οὗ οὐκ ἄν τις ἅψαιτο, ἵν' ᾖ ἀπρόσιτος. In fine autem longe aliter se habet quam apud Zonaram, ne de caeteris loquamur. Exit enim in verba: οἷον χώρα, χήρα, ψώρα, οὕτω καὶ ὥρα.

Clauditur codex librarii subscriptione: μιχαῆλος ἀποστόλ(ης) βυζάντιος. μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος πενίᾳ συζῶν, καὶ τόδε τὸ βιβλίον μισθῷ ἐν κρήτῃ ἐξέγραψεν ἀπὸ πρωτοτύπου πάνυ διεφθαρμένου. Socium quemdam habuisse Michaëlem in hoc codice describendo, patet ex foliis 360-395 v. alia prorsus manu eiusdem aetatis exaratis.

245. Membr. in f. binis columnis, fol. 276, quorum 1-153 saec. XII, reliqua, littera minuta, saec. XIII.

(Menologium, Homilias variorum PP. complectens in praecipuos dies festos, a mensi Novembri usque ad Iunium):

S. Basilii, Caesareae in Cappadocia Archiepiscopi, Encomium in Barlaam martyrem f. 3.

Eiusdem Homilia in illud apud Lucam: Destruam apothecas meas et maiores aedificabo; et De avaritia, f. 5 v.

S. Ioannis Chrysostomi Dehortatio a Theatris et laudatio in Abrahamum f. 13.

Eiusdem Oratio in beatum Philogonium, Episcopum ex causidico factum; in qua et Nihil aeque ad existimationem apud Deum facere, atque prospicere rei publicae, et Negligentem ad Sacramenta accessum gravissimas afferre poenas, etiamsi semel in anno id facere audeamus, f. 28 v.

S. Basilii Oratio in Christi Nativitatem, et de Haereticis f. 37.

S. Gregorii Nysseni Encomium in S. Stephanum protomartyrem f. 44 v.

S. Basilii Oratio in Gordium martyrem f. 53 v.

Eiusdem Oratio in Baptismum exhortativa f. 61.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo in occursum (ὑπαπαντήν) Salvatoris et Deiparae Virginis, et in Symeonem f. 70 v.

S. Basilii Sermo ad divites f. 75.

S. Maximi confessoris Vita, (auctore Anastasio apocrisiario). Inc. Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων f. 86 v.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo in Publicanum et Pharisaeum f. 107 v.

S. Basilii de Ieiunio Homiliae duae f. 112 et 120 v.

S. Nectarii, Archiepiscopi CPolitani, Narratio, cur primo sacrorum ieiuniorum sabbato, sancti Martyris Theodori memoria celebretur; deque Eleemosyna et Ieiunio, f. 126 v.

S. Gregorii Nysseni Encomium in S. Theodorum martyrem f. 135.

Narratio (anonymi) de imagine Christi τῶν Χαλκοπρατείων, cur nuncupata sit ἀντιφωνητής, et de Theodoro nauclero et Abramio Iudaeo. Inc. Δεσποτικῶν θαυμάτων ἀνάμνησις πάρεστι f. 141.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo de pretiosa Cruce; non verendam esse illius confessionem; per eam Christum nos salvasse, et oportere nos in ea gloriari; etiam de virtute et eleemosyna, f. 155.

Eiusdem Sermo de poenitentia et compunctione; ubi et de Rahab, f. 158.

Eiusdem Sermo de poenitentia, ubi de Achabo rege et Iona propheta, f. 169.

Beati Anastasii, monachi Sinaitae, Sermo de sacra Synaxi et de ponenda iniuriae acceptae memoria f. 174 v.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo in quatriduanum Lazarum f. 183.

Eiusdem Sermo de Offensionum memoria, de poenitentia, fugiendoque summopere iuramento, f. 185.

S. Andreae Hierosolymitani, Archiepiscopi Cretensis, Sermo in quatriduanum Lazarum f. 197 v.

Eiusdem Homilia in Dominicam Palmarum f. 209.

S. Epiphanii, Archiepiscopi Cypri, Sermo in Christi sepulturam, in Iosephum Arimathaeum, descensumque Salvatoris ad inferos, f. 221 v.

S. Gregorii, Antiochensis Episcopi, Sermo in Christi sepulturam, in Iosephum Arimathaeum et in (Salvatoris) resurrectionem, f. 233.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo in Thomae incredulitatem et fidem f. 241.

S. Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, Sermo in Christi ascensionem f. 246 v.

S. Ioannis Chrysostomi Sermo in Pentecosten, et cur signa non amplius fiant; quodque ea quae a nobis geruntur et dicuntur, ἄνω (seu in librum coelestem) referuntur, f. 250 v.

Eiusdem Sermo (alter) in Pentecosten f. 261.

S. Gregorii, episcopi Nysseni, Sermo in Spiritum Sanctum f. 266 v.

S. Ioannis Chrysostomi Encomium in Omnes Sanctos f. 269.

S. Ephraemi Sermo in Omnes Sanctos f. 274.

Clauditur codex possessoris subscriptione (f. 276 v.): αὕτη ἡ βίβλος ἔστιν τοῦ ἁγιερομωνάχου (sic) κυροῦ ἰωνᾶ: κατηκείμενος (sic) ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ μεγάλου ἀντωνίου εἰς τὸ (sic) καρώνησιν.

246. Chart. in f. saec. XV, fol. 323; exaravit Ferrariae Matthaeus Sebastus Lampudes Peloponnesius.

Homeri Iliadis Libri XXIV, praeviis solitis monostichis. In prima Rhapsodiae cuiusque pagina, poetae versus saeptis circumvallantur quadratis splendide depictis, auroque fulget prima littera maiuscula. In imo margine folii primi, cernitur imago viri volumen legentis venustissima.

Ad calcem codicis subscriptio librarii, anno omisso: ματθαῖος τοὔνομα σεβαστὸς λαμπούδης ὁ πελοποννήσιος γέγραφεν ἐν τῇ φερραρίᾳ: δόξα σοι τῷ θεῷ τῷ δόντι ἀρχήν τε καλὴν καὶ τέλος.

247. Membr. in 8, saec. XII, fol. 387, quorum ultima (384-7) saec. XV.

Nicetae Serrarum, Heracleae Metropolitae, in Psalmos Davidis catena, e veterum Patrum et doctorum scriptis collecta. Clauditur psalmo LXXVI. Tituli psalmorum minio exprimuntur, grandioribus vero litteris versiculi ipsi, commentario praemissi. — Laudantur auctores, quorum nomina in margine minio describuntur: Athanasius, Basilius, Cassianus, Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Dionysius Areopagita, Dorotheus, Ephraem, Epiphanius, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Io. Damascenus, Io. Chrysostomus, Isidorus, Macarius, Nicetas ipse Serrarum, Nilus, Origenes, Philo (sine cognomento), Theodoretus.

248. Bombyc. in f. saec. XIV, foliis prioribus 24 exceptis saec. XIV-XV, fol. 326, quorum ultima blattis parumper exesa et maculis deturpata. — Folio praevio inest index imperfectus, recentiore incompta manu descriptus.

Philonis Iudaei opuscula XXVIII, cum inscriptionibus plerisque in fronte et ad calcem; lacunae paucae; in margine adnotationes rarissimae, graece et latine; folio 325 v. voces plures aevo omnino consumptae:

I. De Moysis Vita, libri III: I f. 1, — II f. 22v. — III f. 27.

II. De Mundi opificio f. 40 v.

III. De Decem oraculis (i. e. Decalogo), quae sunt legum capita, f. 56 v.

IV. Τὰ πρὸς δικαστήν, seu de Iudicis officio, f. 64 v. — Nonnulla desunt.

V. De Magistratuum creatione f. 72 v.

VI. Omnem virtutis studiosum esse liberum f. 77.

VII. De Vita contemplativa, vel de supplicum virtutibus, f. 84.

VIII. Meretricis mercedem non esse in templum Dei recipiendam f. 88 v.

IX. De Specialibus legibus, quae referuntur ad duo Decalogi capita, videlicet sextum et septimum, contra moechos omnesque libidinosos, et contra homicidas et violentiam omnem, f. 90 v.

X. De Vita politica, seu de Iosepho, f. 103 v.

XI. De Sacrificio Abelis et Caini f. 120.

XII. De Cherubinis et gladio flammeo, deque prima hominis prole, Caino, f. 132.

XIII. De Agricultura f. 142.

XIV. De Vitis plantatione per Noachum f. 154 v.

XV. Immutabile esse Numen divinum f. 166.

XVI. De Ebrietate f. 177 v.

XVII. De (Noachi) resipiscentis precatione et imprecatione f. 192.

XVIII. De Linguarum confusione f. 196 v.

XIX. Vita sapientis per doctrinam perfecti, sive de legibus non scriptis, vel de Abrahamo, f. 208.

XX. Flaccus vituperatus f. 218 v.

XXI. De Virtutibus liber primus, seu de sua ad Caium legatione, f. 225 v. — Folio 233 legitur in margine adnotatio hebraice scripta.

XXII. De Virtutibus, seu de Fortitudine et Poenitentia, f. 249 v.

XXIII. De Pietate f. 252. — Inscriptio falsa, pergente argumento de Fortitudine, ut recte monuit A. Maius in margine.

XXIV. De Humanitate f. 253. — De Nobilitate f. 263. Spectat fortasse ad librum praedictum.

XXV. De Fuga et Inventione f. 266.

XXVI. De Rerum divinarum haerede, et (cod. ἢ) de Sectione in aequalia et secus f. 280 v.

XXVII. De Congressu ad προπαιδεύματα, (seu primae institutionis praeludia), f. 300 v.

XXVIII. Somnia divinitus immitti f. 311 v.

Clauditur codex sequenti librarii senario: τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θεῷ χάρις.

249. Membr. in f. saec. X-XI, fol. 251, quorum ultima maculata et primum blattis, cum scripturae detrimento, exesum, imo parte inferiori omnino consumptum.

Ecloga et Synopsis Basilicorum LX librorum, ordine litterarum, nisi quod titulus Περὶ πίστεως ad orthodoxae religionis venerationem in fronte est positus, f. 8. — Additae titulis suae allegationes (παραπομπαί). Praeit index copiosissimus, cuius inscriptio aevi iniuria fere obliterata. Titulus primus: De Angariis, postremus: Περὶ ὡρείων καὶ ὡρειαρίων. Scholia alicubi in margine.

Romani Imperatoris, τοῦ γέροντος, Novellae (VIII), praevio indice, f. 209 v. — Eiusdem aliae (IV) f. 217 v., et Contra emptiones divitum f. 230.

Constantini Imp. Novellae (IV) f. 212 v. — Aliae XI f. 231.

Nicephori Imp. Νέα νομοθεσία, (seu Nova legum praescriptio), f. 216. — Novellae VI f. 237 v.

Cosmae Magistri de Paroecis, (seu Colonis), sententia f. 219.

De Praescriptione temporum a momento ad annos centum f. 219 v.

Leonis Imp. Novellarum Ecloga, titulos habens ultra LX, f. 238 v.

250. Membr. in f. binis columnis, saec. X-XI, exceptis foliis 1-26 saec. XIII, et duobus praeviis, nullo signatis numero, s. XIII-XIV, fol. σμη' (seu 248). Fine mutilus, madore hic illic cum detrimento scripturae deturpatus. — Duobus foliis praeviis insunt:

I. (Ex Ioannis Apostoli vita), fragmentum initio et fine mutilum. Inc.... ρα τοῦ ἡμῶν διδασκάλου καὶ Κυρίου. Des. ὡς ἴδον (sic pro εἶδον) αὐτὸν τρόπῳ ἀφεῖς (sic) εἰ...

II. Index in Gregorii orationes.

Gregorii Theologi (Nazianzeni) orationes XX:

I. In patrem, cum sileret ob calamitatem grandinis f. α'. — Folia plura post f. θ', sua sede a vet. bibliopego mota, quaerenda sunt post f. κε'.

II. In Pascha et in Tarditatem f. ι', quod quaerendum post f. κε'.

III. In S. Pascha altera f. ια' v.

IV. In novam Dominicam (S. Thomae) et Mamantem martyrem f. κβ' v.

V. In Pentecosten f. κς'.

VI. In Cyprianum (martyrem), cum postridie festi eius ex agro rediisset, f. λε' v.

VII. In Maccabaeos f. με'.

VIII. In Verba, seu in Iulianum Exaequatorem (ἐξισωτήν) eius olim condiscipulum, etc. f. νγ' v.

IX. In Christi Nativitatem f. ξα' v.

X. In Basilium, Episcopum Caesariensem in Cappadocia, oratio funebris f. ο' v.

XI. In (sacra) Lumina f. ριε´ v. — In imo margine: μνήσθ(ητι) Κύριε Νικολά(ου) αμϊν (sic pro ἀμήν).

XII. In Baptismum f.' ρκε'.

XIII. In Athanasium, Episcop. Alexandrinum, oratio funebris f. ρνα'.

XIV. In CL Episcoporum coetum ὁ συνταχτήριος, (seu oratio, ut aiunt, valedictoria), habita die festo S. Anast(asiae) martyris, f. ρξη'.

XV. De Amore in pauperes f. ρπα'.

XVI. Apologia post reditum e Ponto, et de Sacerdotio, f. ρϛβ' v.

XVII. In Gregorium, Basilii fratrem, cum altero post electionem die advenisset, f. σιθ'.

XVIII. De Modestia in disputationibus servanda f. σκβ' v.

XIX. Ad Arianos et in se ipsum f. σλζ'.

XX. Ad Eunomianos f. σμε'.

Ad calcem subscriptio librarii, anno omisso: ὁ γραφεύ(ς) τοῦ τοιούτου ὕφους ἀμήν.

251. Chart. in f. saec. XV, fol. 243.

GALENI de Usu partium corporis libri XVII, plerique cum argumentis, praevio hexametro, calamo deleto: Χριστὲ ἄναξ, πονέουσι τεὸν νέμε ἄμβροντον (sic) ἄλκαρ.

Clauditur codex librarii senario: Εὐρὼν τέλος γέγηθα βιβλίου, Λόγε.

*252. Membr. in f. saec. XII (XI Wilk.), iota muto adscripto, fol. 326. Scholiola in marg. rarissima. Ex codd. Parisios primum translatis, postea Heidelbergae redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 285) et paucis Wilkenius (p. 282). — Folio praevio bombycino, nullo numero signato, rota calamo delineata, cum nominibus XII ventorum. — In ima parte eiusdem paginae, scripta quaedam latine latina manu, quasi excerpta ex Thucydide. — Insunt:

MARCELLINI Rhetoris Vita Thucydidis f. 1. — Sequitur alia Thucydidis Vita, incerto auctore. Inc. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος Ὀλόρου ἦν παῖς f. 5 v.

THUCYDIDIS de Bello Peloponnesiaco libri VIII, cum scholiis secunda manu, f. 7.

253. Chart. exceptis duobus foliis praeviis membranaceis, in 4, saec. XV, fol. 200.

STEPHANI (Byzantini) Ethnica seu Topica, per epitomen (ab Hermolao grammatico concinnatam); lexicon ordine elementorum digestum. — In littera K plura desiderantur inter verba Κελαίθρα πόλις Βοιωτίας Ἄρνης πλησίον ἀπὸ Κελαίθρου f. 98, et sequentia: Κόρακος Πέτρα τόπος ἐν Ἰθάκῃ f. 105. — Claudunt codicem verba: τέλος τῶν τοπικῶν στεφάνου.

254. Chart. in f. saec. XV, fol. 293.

HERMOGENIS Rhetorica, cum (MAXIMI PLANUDIS) Prolegomenis et commentario:

I. De Statibus, sine prolegomenis. Comm. inc. Πολλῶν ὄντων· λεληθότως μὲν ἀποδίδωσι τὸν τῆς ῥητορικῆς ὅρον ὁ Ἑρμογένης f. 6.

II. De Inventione, libri IV, f. 88 v. Prolegomena inc. Περὶ εὑρέσεων γέγραπται τὸ βυβλίον (sic) f. 86.

III. De Formis orationis, libri II, f. 147 v. Prolegomena inc. Τὸν πολιτικὸν λόγον δεῖ καὶ τὸ μὴ ἀδύνατον ἔχειν f. 147.

IV. De Eloquentiae Methodo, omisso commentario, f. 250 v.

Synopsis schematum, quae Hermogenes in libris de Inventione et de Formis orationis commemorat. Inc. Στρογγύλου σχῆμά ἐστι τόδε f. 263 v.

THEOPHRASTI Characteres XV, praevio auctoris Prooemio. Primum cap. Περὶ εἰρωνείας f. 266 v. Ultimum: Περὶ αὐθαδείας f. 272.

DIONYSII HALICARNASSEI de Nominum Synthesi Epitome f. 272 v.

Rhetorica problemata in Status (causarum). Primum inc. Νόμος ἐκέλευε τὴν ὀρφανήν, μήτε τὸν ἐπίτροπον αὐτῆς f. 289 v. Ultimum inc. Φιλόσοφος μοιχὸν εὑρὼν ἐπὶ τῇ γυναικί.

255. Chart. in f. saec. XV, fol. 242, quorum duo priora membranacea et 239-242 sine scriptura.

PORPHYRII Phoenicii, Plotini Lycopolitani discipuli, Isagoge (in Aristotelis categorias) f. 3.

ARISTOTELIS (Organum):

I. Categoriae f. 11 v.

II. De Interpretatione sectiones V f. 27.

III. Analyticorum priorum libri II, utroque in schemata tria diviso, cum commentario, f. 37. Comment. inc. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς σχήμασιν f. 44.

IV. Analyticorum posteriorum libri II f. 105.

V. Topicorum libri VIII, cum lemmatis in margine plerumque latine scriptis, f. 144.

VI. De Sophisticis elenchis f. 215. — Clauditur codex verbis: τετέλεσται σὺν θεῷ ἁγίῳ ἡ λογικὴ πραγματεία τοῦ ἀριστοτέλους.

Filium (Dei) ante saecula genitum esse. Tractatulus constat capitibus IV, quorum I inc. Δαυῒδ πρῶτος λέγει ἐν τῷ ρθ ψαλμῷ f. 265 v. — II inscribitur: Ὅτι συνῆν τῷ Πατρί, — III Ὅτι συγκτίστης, — IV Ὅτι ἀπεστάλη.

CHRYSOSTOMI in Iordanem (sermo). Inc. Διὰ τί παρὰ πάντας; f. 267. Spurius habetur.

ANASTASII, monachi Sinaitae, homilia in Psalmum VI, habita in principio ieiuniorum. Inc. Πρέπουσαν τῇ τῶν νηστειῶν ἀρχῇ f. 271.

S. BASILII sermo de Vitae renuntiatione et animae perfectione f. 228.

S. Io. CHRYSOSTOMI oratio in Philigonium ex causidico Episcopum factum; in qua de Cura reipublicae, et de religioso ac crebro Sacramentorum usu f. 300. Inscriptionem valde prolixam paucis absolvimus.

S. EPHRAEMI Paraeneses (tres): I inc. Ἐὰν συμβῇ τινι ἀδελφῷ ἐλθεῖν εἰς τὸν μονήρη βίον f. 310 v. — II De iis qui affectibus indulgent, vanamque gloriam et honores appetunt f. 313, — III De iis qui, quum sua ipsorum incuria exorbitent, variis argumentis peccata sua excusant f. 317 v.

Eiusdem sermo de Patientia, de (huius saeculi) Consummatione et secundo adventu Domini, perpetuoque iustorum regno, et peccatorum aeterno supplicio; Exhortatio ad meditationem S. Scripturae; Quibus artibus inimicus uti soleat; De precum utilitate; De quieto virtutis et probitatis studio. Inc. Λαμπρὸς ὁ βίος τῶν δικαίων f. 323 v.

De VII oecumenicis Conciliis, (succincta narratio). Inc. Χρὴ γινώσκειν πάντα Χριστιανόν f. 335 v. — Integram narrationem alia sequuntur, madore et tineis adeo corrupta, ut legi nequeant.

369. Chart. in f. bina manu saec. XV exeuntis, exceptis foliis 150 v.-152 v. bina manu saec. XVI. Folia 120-149, binis columnis, littera minuta, descripsit a. C. 1496 Nicolaus Brurgnudes; fol. 152. Folio praevio inest index latinus; secundo leguntur verba: Τὸ παρὸν βιβλίων (sic) κτῆμά ἐστι Γεωργ(ίου) κόμ(ητος) τοῦ Κορινθίου. Vid. etiam f. 152.

CONSTANTINI HARMENOPULI, Nomophylacis et Iudicis Thessalonicae, Hexabiblos, seu Promptuarium iuris civilis (Πρόχειρον νόμων), in libros sex, titulosque LXXXII digestum. Protheoria, seu praefatio, inc. Βιβλίον νόμων πάλαι πεποίηται f. 2 v. — Praemittuntur (f. 2): I. Κριτῶν προκατάστασις, sive de Iustitia, — II. Κατάκρισις ad Iudices Imperatorum Leonis et Alexandri. — Singulis libris praefigitur titulorum index; in margine allegationes, litteris rubris. Primus titulus inscribitur: De Legibus; ultimus: De Infamibus. Sexto libro additi tituli IV, videl. De Dignitatibus, f. 80, De Canonibus diversis, f. 80, De Verborum significatione, f. 81, De Episcoporum ordinatione, ubi et de presbyteris, clericis etc. f. 81 v. — Subscriptionem: Τέλος σὺν Θεῷ πάσης τῆς ἑξαβίβλου, sequuntur nonnulla de Captivorum redemptione, quae inc. Ἰστέον ὅτι ἐπὶ ἀναῤῥύσει αἰχμαλώτων. — Accedunt: I. CONSTANTINI Magni θέσπισμα seu sanctio de Papa Romae. Inc. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς σατράπαις f. 83, — II. PHILOTHEI Patriarchae Confutatio Anathematismorum, (quos Harme-

nopulus in Promptuario legum adscripserat, et: Quod ex Chrysostomi sententia non temere anathemati subiiciendi sint Christiani). Inc. Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφός f. 83 v. — III. Ecloga legum georgicarum seu rusticarum ex iure Iustinianeo. Inc. Χρὴ τὸν γεωργόν f. 84.

Constantini Harmenopuli Sacrorum Canonum Epitome, in τμήματα seu Sectiones sex divisa. Praefatio inc. Τῶν κανόνων οἱ μέν εἰσι f. 86 v. Sectio I De Episcopis (Synodisque ac Provinciis) f. 87 v. — II De Presbyteris, Diaconis et Subdiaconis f. 91, — III De Clericis f. 93 v. — IV De Monachis ac Monasteriis f. 96, — V De Laicis f. 97, — VI De Mulieribus f. 101 v. — Praeit index generalis, inter praefationem et ipsam epitomen interiectus.

Eiusdem De Fide Orthodoxa. Inc. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανόν f. 102.

Eiusdem De placitis haereticorum, qui singulis temporibus exstiterunt, f. 102 v. Sunt capp. XIX, quorum primum: De Arianis; postremum: De Bogomilis.

Officia Palatii (et Magnae Ecclesiae). Nuda nomenclatura dignitatum XXXI. Inc. Ὁ δεσπότης f. 104 v. Des. καὶ ὁ Πριμμικήριος τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων.

Ecclesiasticarum sedium, quae Patriarchae CPolitano subiectae sunt, ordo a Leone Imp. institutus f. 105. — Sequuntur: I. Ordo sedium quinque Patriarchalium, quarum prima Romana; ultima Aeliana, (seu Hierosolymitana), f. 105, — II. Ἔκθεσις Metropolitanarum sedium, quae CPoli subiectae sunt, facta sub imperio Andronici II Palaeologi f. 105. — III. Earundem ordo f. 106.

Quaestiones (ecclesiasticae, praesertim de Sacramentis), quas anno C. 1292 solvit Petrus, Chartophylax et Diaconus Magnae Ecclesiae. Quaestio prima: Εἰς πόσον χαιρὸν ὀφείλει βαπτίζεσθαι τὸ παιδίον f. 108. Redarguit in margine Graecus aliquis Petrum de Confessione temere effutientem. — Sequuntur nonnulla de Patriarchis. Inc. Πατριάρχης ἐστὶν εἰκὼν ζῶσα Θεοῦ f. 108 v.

De Connubiis vetitis, et Cognationis gradibus. Inc. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι γενικόν f. 108 v.

In Episcopi electione ordo qui observetur. Inc. Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας λειτουργίας f. 117.

Ex Iatricis libris (ac Geoponicis) capita aliquot utilia. Cap. I: Consilium mulieris qua methodo exploretur. Inc. Λαβὼν βάτραχον ποτάμιον f. 118 v.

Theodori Prodromi tetrasticha heroica (CCXXIX), quibus summaria capitum IV Evangeliorum, (Actorum Apostolorum) et Veteris Testamenti describuntur. Primum: In Deiparae Nativitatem. Inc. Ἐκ πατέρων παίδεσσι προήλυθεν εὐγενὲς εὖχος f. 120-123 v.

Ecloga Apophthegmatum Sapientum, litterarum ordine digesta. Inc. Ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημα f. 127 v.

Elegantiae et gnomae Euripidis, Sophoclis et Aristophanis. Inc. Σοφόν τι κἂν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν f. 132 v.

(Ignatii Magistri) Aesopicae fabulae XXXIII, iambico metro. Sunt tetrasticha, quorum primum inc. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων f. 135; ultimum: Ὀρθῶς βαδίζειν εἶπε καρκῖνος τέκνῳ. Eadem quae in cod. Pal. 319, f. 23.

Prognostica ex animalibus (seu animalium gestibus). Inc. Αἶγες ἐπειδὰν προσέλθωσι τῷ σηκῷ f. 136 v. — Sequuntur: I. Nonnulla de Dialectis, anepigrapha. Inc. Ἐκλήθη Ἀτθὶς ἡ τῶν Ἀττικῶν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ θυγατρός f. 136 v. — II. (De Pentathlo). Inc. Τὸ ἔτασθλον (sic pro ἔαθλον, ubi ἐ = πέντε)· πυγμή· πάλη· πήδημα· βολὶς καὶ δρόμος f. 137.

Chalamae regis (Monodia, seu lamentatio in vitae vanitatem, iambico metro). Inscribitur: Τοῦ Χαλαμᾶ κυροῦ βασιλέως. Inc. Ὦ πλάνε βίε· τί πλανωμένη φύσις f. 137. — Sequuntur nomina Graeca Herodoti IX Musarum.

(Chronicon breve a Semiramide usque ad Ioannem Palaeologum); initio mutilum, ut in ima pagina verbis significatur: λόπη οἱ ἀρχή, i. e. λείπει ἡ ἀρχή. Desiderantur etiam nonnulla folio 143 v. ubi de stirpe Constantini Magni. Chronicon inc. Ἀνεφάνη καὶ ἕτερος γίγας Κρόνος λεγόμενος, υἱὸς Οὐρανοῦ (cod. οὖν, compendio male intellecto) καὶ Ἀφροδίτης f. 138. Des. οἱ δὲ Οὕγκροι (sic) εἰς τὴν Οὐγκρίαν· καὶ οἱ Βλάχ(αι) εἰς τὴν Βλαχίαν· γέγονε δὲ ὁ πόλεμος εἰς τὴν Βάρναν. Τέλος.

(Eugenii IV P. M. De concordia Ecclesiae Graecae et Latinae in Concilio Florentino); fragmentum fine mutilum. Inc. Εὐγένιος ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ f. 151 v.

(Cleri Coronensis postulationis libellus de vitiosa Episcopi Bessarionis Spatharii ordinatione). Inc. Ἐπειδὴ παραχωρήσει τοῦ Θεοῦ διὰ τὰ συνεχῆ ἡμῶν παραπτώματα προχειρισθεὶς γέγονεν ἐπίσκοπος f. 151 v. Sequuntur expostulantium subscriptiones. — Clauditur demum codex: I. Possessoris verbis: ἔχω δὲ εἰς ἐνέχυρον τοῦτο τὸ βιβλίον ἐγὼ γεώργιος κόμ(ης) ὁ κορίνθ(ιος) διὰ ὑπέρπ(ερα) ε̅ etc. II. Nonnullis de Grypho, quae inc. Γρὺψ μέγιστον ὄρνεον καὶ πολύχρηστον f. 152 v.

Ad calcem folii 149 v. librarii, qui folia 120-149 exaravit, subscriptio: « *q̅sto libro ascrito* (sic) *nic°* *brurgnuda adi 22 de fr̅b* (sic) *1496* ». Subiecit alia manus haec: « *Nic° brurgni* (sic) *abita amaluarsia ascrito q̅sto libro come apar con testimognianze* ».

370. Chart. in f. saec. XV, fol. 254, ultimo vacuo. Numeri foliorum graece et latine. — Folio 2 v. index graecus, additis auctorum nominibus latine, saec. XVI.

Nemesii, Emeseni Episcopi, de Natura hominis liber, praevio indice.

Constat capitibus XLI, quorum primum: De Anima et corpore. Inc. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς f. 1 v.; ultimum: Quorum sit praevidentia.

Procli Diadochi Lycii Στοιχείωσις φυσική, seu Elementa physicae disciplinae. Inc. Συνεχῆ ἐστιν, ὧν τὰ πέρατα ἕν f. 59.

Aristotelis Physicae auscultationis libri VIII f. 71-150 v. — Ad calcem libri octavi, f. 150 v., monentur haec: « *Plagiarius et nebulo excidit Tractatum de Mundo* ».

Actuarii (Ioannis) Therapeuticae methodi libri IV-V. Ὠκταρίου habet inscriptio libri IV, Ἀκτουαρίου lib. V. Prooemium libri IV inc. Ἡ μὲν παροιμία φησί· χελώνης κρέα ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν f. 151. Cap. primum: De Curatione capitis dolorum. Ultimum: De Ulcerum curatione. Libri V prooemium inc. Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέτταρσι βιβλίοις f. 189. Cap. primum: In Febriculosos. Ultimum: De Emplastris ex Galeno.

371. Bombyc. in 8 parvo, bina manu saec. XIV, fine mutilus, fol. 290, quorum nonnulla in medio vacua et alia blattis corrosa. Folia 233-241 post f. 249 quaerenda. Olim Papae Nathanielis.

(Ex Leonis Imp. utriusque Iuris epitome tituli X, a fine tituli II usque ad XI). Titulus II, initio mutilus, inc.... φιλαγάθως δεῖ τοὺς νόμους ἑρμηνεύειν f. 3. Litterarum compendia in hac epitome (f. 3-24) sunt creberrima.

Leonis et Constantini Imp. Legum epitome, ex Institutis, Digestis, Novellis, Constitutionibus Iustiniani etc. praeviis prooemio et indice titulorum XXXVI. Inscriptionem desumpsimus ex f. 32. Prooemium inc. Τὸν μέγαν καὶ φύσει ἀληθῆ Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν f. 25. Titulus primus: De Sponsalium Constitutione. Ultimus: De Haereticis, et Ne Christianus mancipium habeat Iudaeum vel Haereticum.

Excerpta quaedam iuridica, quorum titulus primus: De raptu ablatis rebus; ultimus: De expositis et humi repertis infantulis f. 165.

E Mosaicis legibus excerpta quaedam f. 175 v.

Rhodiae leges, (de re Nautica, et aliae ex Basilicis) f. 188 v.

Apostolorùm Constitutiones de' Episcoporum ordinatione f. 207 v.

Theodori Studitae responsio ad Naucratii discipuli quaestionem, an coronandi sint digami. Inc. Θερμὸς εἶ, ἠγαπημένον τέκνον, περὶ τοῦ ἐρωτᾶν καὶ μανθάνειν τὰ χρήσιμα f. 217.

De Connubiis cognationis causa vetitis Inc. Ἀδελφὸς ἀδελφὴν οὐ δύναται λαβεῖν f. 225.

Doctrina SS. Patrum de Sacerdotali statu; nec parvi pendendam esse S. Liturgiam. Inc. Πρόσεχε σεαυτόν (sic), ὦ ἱερεῦ, καὶ βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες f. 229 v. — Integram opellam sequuntur folia plura vacua.

Alexii Comneni Novellae duae. Prior: De Synallagmate seu contractu nuptiali. Inc. Ἡ μὲν παλαιὰ καὶ πρεσβυτέρα νομοθεσία f. 233 v. Altera,

(ad Nicolaum Curopalatam, magnum vigilum Drungarium), inscribitur: Περὶ τῶν ἐγκαλουμένων κατὰ ἀπόφασιν δικαστικῆς. Inc. Ἀγαθόν σου ζῆλον προμαρτυρεῖ ἡ ὑπόμνησίς σου f. 237 v.

Ioannis Patriarchae ad metropolitam quemdam decreta de Connubiis prohibitis, collecta per Nicetam (sic, non Nicolaum, ut habent Sylburgius et Catal. Pal. Vat.) diaconum et chartophylacem. Inc. Ὅτι μὲν ἐπὶ τῶν ἀθεμίτων ἢ κεκωλυμένων γάμων f. 238 v.

(E Basilicis excerpti tituli aliquot). Prooemium inc. Μέλλων, ὦ θειότατε βασιλεῦ, κατὰ τὸ ἐπιτετραμμένον σοι f. 240 v. Titulus primus: De Statu hominum, ac divisione personarum et rerum f. 243. Ultimus: De Vi privata, ubi et caput de Abigeis (seu furibus iumentorum et pecudum), fine mutilum.

372. Chart. in 8, saec. XV, diligenter scriptus, fol. 397. Quaterniones suo quisque loco accurate notantur. Folia 379 v. et 380 atramento maculata, incolumi tamen scriptura. Olim Papae Nathanielis.

Anastasii presbyteri et monachi Sinaitae, Patriarchae Antiocheni, Anagogicarum contemplationum in Hexameron, (et quae deinceps sequuntur in Genesi, usque ad pelliceas vestes Adamo et Evae datas), Homiliae (cod. λόγοι) XII (ad Theophilum). Hom. XII, fine mutila, des. καὶ Θεοῦ ταῖς φύσεσιν ἢ ἐνεργείαις .... — Sequuntur media pagina folii 397 et folia 397 v.-399 sine scriptura.

373. Membr. in f. parvo, binis columnis, nitide scriptus, saec. X-XI, exceptis foliis suppletis, inter singulas homilias insertis, saec. XIII, et praeviis saec. XIV; fol. 436, quorum numeri graece ac latine signantur. Quaterniones suo loco graece notati. Discernuntur inter se singulae homiliae quadrato oblongulo aureo et ceruleo, cinnabari depictis inscriptionibus cunctis. — Foliis praeviis insunt: I. Senarii nonnulli in Chrysostomum sede sua expulsum. Inc. Τὸν ἥλιον χραίνουσι πλασμάτων σπῖλοι, || ὁ δ' ἀλλὰ φαιδρὸς πᾶσαν αὐγάζει χθόνα. — II. Tabula rerum graece, initio mutila.

S. Ioannis Chrysostomi in Ioannis Apostoli Evangelium Ὑπόμνημα, seu commentarius. Constat Homiliis LXXXVIII, quarum postrema in verba Christi apud Ioannem: Simon Iona, amas me plus istis? Homilia XLVI fine caret, folio avulso. Singulis suum accedit ἠθικόν.

374. Chart. in f. parvo, saec. XIV, a perito exaratus calligrapho, fol. 244. Olim Papae Nathanielis.

Synesii philosophi, Ptolemaidos seu Pentapolis Cyrenaicae Episcopi, opuscula XI:

I. (Encomium) calvitii f. 1. Inscriptio miniata, ut omnes.

II. Dio, sive de suo ipsius instituto, f. 12.

III. Aegyptii, seu de Providentia, libri II, f. 24, 35.

IV. De Regno (ad Arcadium Imp.) f. 41.

V. Κατάστασις (cod. καταστασία), (seu Concio in laudem Anysii, Libyae praefecti) f. 55 v.

VI, VII. Homiliae duae breves, quarum prior (in verba Psalmi LXXV, 8: Ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες etc.). Inc. Οὐ θήσομαι τὴν πανήγυριν f. 56. Altera (dicta in pervigilio Natalis Domini). Inc. Νὺξ ἱερὰ φῶς ἐνεγκοῦσα f. 56 v.

VIII. De Dono (astrolabii), dissertatio ad Paeonium, f. 57.

IX. Liber de Insomniis, cum Nicephori Gregorae commentario in margine, praemissa eiusdem praefatione, et cum glossis hic illic inter lineas minio descriptis, in fine omissis, f. 60. Folio 65 adumbratur Pythagorae ὀκτώχορδος lyra, de qua Synesius.

XI. (Κατάστασις ἐπὶ τῇ μεγίστῃ τῶν βαρβάρων ἐφόδῳ, seu Concio in maximam barbarorum incursionem), f. 83. Inscriptionem suppeditaverunt codd. Vat. 64, f. 107; 91, f. 210. Integra, etsi folium 86 v. vacuum.

Theoduli monachi (vulgo Thomae) Magistri Rhetoris Μελέται (seu Declamationes) X, praeviis argumentis, quae προθεωρίαι dicuntur:

I. Euphorionis patris pro Cynaegiro. Inc. Τὸ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι f. 87.

II. Polemarchi patris pro Callimacho. Inc. Οὐχ ὅτιπερ Εὐφορίων f. 92.

III. Pro Concordia ad Thessalonicenses. Inc. Οὔ μοι δοκῶ f. 98 v.

IV. In S. Ioannem Baptistam Encomium. Inc. Ἀλλ' ἐμοίγε f. 106 v.

V. Προσφωνητικὸς ad Angelum, magnum στρατοπεδάρχην (seu castrorum praefectum). Inc. Οὐκ ἄρα λόγος ἦν f. 118 v.

VI. Προσφωνητικὸς ad sapientissimum Theodorum Metochitam, magnum Logothetam. Inc. Πολλῶν καὶ μεγάλων f. 120.

VII. Προσφωνητικὸς ad Niphonem, Patriarcham CPolitanum. Inc. Ἐπειδὴ σὺ μέν f. 122.

VIII. Ad philosophum Iosephum, De rebus in Italorum et Persarum incursione gestis. Inc. Ἄλλων ἄλλοις διεξόντων f. 124.

IX. Ad Hierotheum, qui in Montem Atho secesserat. Inc. Καὶ μὲν σαυτῷ παντάπασι μάχῃ f. 128.

X. Πρεσβευτικὸς ad Imp. Andronicum Palaeologum; oratio fine mutila. Inc. Οὐ τὸ σεσυκοφαντῆσθαι f. 132.

Cyprii, Patriarchae CPolitani, orationes VI:

I. In S. Georgium magnum martyrem et τροπαιοφόρον. Inc. Ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις f. 138.

II. In S. Dionysium Areopagitam. Inc. Ἡ μὲν πρόθεσις τῷ λόγῳ f. 154 v.

III. In S. Marinam martyrem. Inc. Καὶ τὴν ἐκκλησίαν f. 167 v.

IV. In S. Euthymium Thaumaturgum, Episcopum Madytensem (in Thracia). Inc. Ἐπιτιμᾶν δικαίως ἡμῖν οἶμαι f. 178 v.

V. In mare Encomium, seu in universam aquae naturam. Inc. Θαυμάζων μὲν τῶν πραγμάτων ὁπόσα f. 194 v.

VI. Ad Imp. Andronicum Palaeologum. Inc. Ἐχρῆν μὲν ὡς ἀληθῶς f. 197 v.

Theodori Metochitae, magni Logothetae, in S. Marinam martyrem encomium. Inc. Ἐμοὶ δὲ καὶ οὐρανός f. 206 v.

(Eiusdem? in S. Io. Baptistam encomium), fine mutilum, folio 237 avulso. Inscriptionem inceptam (τοῦ σοφωτάτου, nec plura) in medio reliquit rubricator. Inc. Θεῖός τις ἔρως ἐμὲ τῶν ἐγκωμίων f. 211. Commemorat auctor Imperatricem Theodoram, filiumque eius Michaëlem, qui imaginum cultum restituerunt.

(De Canonibus astronomicis). Excerpta mutila, quae, ut pleraque id genus, incipiunt omnia a voce ὅτι. Inc. Ὅτι ἡ σύστασις τῶν κανόνων γέγονεν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείᾳ f. 238.

*375. Membr. in f. saec. XII, firma scriptus manu, medio fineque mutilus, fol. 283. Ex codicibus Parisios olim translatis, Heidelbergae postea redditis. Descripserunt Sylburgius, Catal. Pal. Vaticanus, Hasius (p. 347), et Wilkenius (p. 289). Verba plura accentu carent; iota mutum vel adscribitur, vel omittitur. — In uno ex foliis chartaceis praefixis, leguntur haec, latina manu: *Τούτου τοῦ βιβλίου τοῦ Πολυδεύκους τὰ φύλλα εἰσὶ δυακόσια* (sic) *καὶ ἐννείκοντα ἔννεα* (sic) *χαρτία, λέγω μεμβράνα, τοῦ Δομινικοῦ ἡγοῦν* (sic) *Κυριακοῦ ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς.* — In codice insunt:

Valerii Harpocrationis Lexicon decem oratorum f. 1. Est epitome tantum, qualem Suidas suo Lexico inseruit.

(Iulii Pollucis Onomasticum, in libros X distributum). Desiderantur folia tria in medio opere: unum ante f. 166, quod continebat libri VII sectiones 146-155; alterum ante f. 217, in quo erant libri X sectiones 110-116; tertium demum ante f. 219, quo comprehendebantur libri X sectiones 135-141. Has lacunas supplevit ex editione Basileensi manus saec. XVI, in tribus foliis 226-228. Liber decimus caret praeterea fine, mutilo capite ultimo LIII, a verbis καλεῖται μὲν ἰστριάνον. προτόνιον. ἡμίμιτρον f. 224 v.

Ex Oribasii Hebdomecontabiblo, seu Synopsi medica, libri XXIV, XXV, qui sunt de Partibus corporis humani, ex Galeno, Sorano Ephesio, Lyco et Rufo. Lib. XXIV, initio mutilus, inc. .... δεινοὶ τένοντας ὀνομάζουσιν f. 230. Lib. XXV, fine mutilus, exit in verba ἀνάλογον τοῖς ἐν χερσίν· οὕτω δὲ καὶ ὅσα ... f. 283 v.

376. Membr. in f. saec. X ineuntis, exceptis prioribus septendecim foliis chartaceis in 4 saec. XV; fine mutilus, fol. 229, quorum multa membranacea madore deturpata ac lacera, chartaceaque omnia, in parte superiore, igni fuscata, incolumi tamen scriptura. Olim Protopapae cuiusdam Naupliensis.

Canones Apostolorum et Conciliorum, (a Nycaeno primo ad CPolitanum quartum), f. 1-95. Deest finis canonum concilii CPol. in Trullo, et initium canonum Synodi secundae Nicaenae, nempe prooemium cum tribus canonibus prioribus. — Accedunt nonnullae SS. Patrum epistolae canonicae: prima Dionysii Alexandrini ad Basilidem, postrema Athanasii Alexandrini ad Rufinianum, f. 95 v.-133 v. Canones Apostolorum et Nicaeni Concilii I, ex alio codice chartaceo ad lacunam supplendam in nostrum inserti, commentario instruuntur, qui inc. Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται; ceteri in codice membranaceo interpretatione omnino carent.

Ex Iustiniani Novellis capitula varia, quae sacris canonibus apprime concinunt, eorumque gravitatem et auctoritatem sanciunt, in ordinem digesta inquirentibus obvium etc. f. 135-153 v. Inscriptio prolixa inc. Ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν. Ex praemisso titulorum indice patet nonnulla in codice nostro circa finem desiderari.

Ex (eiusdem) Digestis (seu Pandectis), Institutionibus, Codice et Novellis excerpta varia eadem de re, fine mutila, f. 196.

377. Membr. in f. saec. X-XI, binis columnis, fine mutilus, fol. 294. Ultima folia madore valde deturpata et corrosa. Olim Papae Nathanielis. — Folio primo pariter membranaceo, nullo signato numero, inest index graecus in sequentes orationes:

(Symeonis Magistri et Logothetae, cognomento Metaphrastae, Sermones XXIV de Moribus, ex omnibus S. Basilii operibus selecti). In intercolumniis minio describuntur loca ex quibus haec excerpta desumpta sunt. Sermo primus: De Virtute ac Vitio. Inc. Ὁ μὲν Κύριος ἡμῶν f. 1. Ultimus: De Honore parentibus exhibendo, de Senectute atque Iuventute f. 88b.

(Theodori Magistri Sermones XXXII, ex variis Chrysostomi scriptis confecti). Inscriptionem petivimus ex codd. Vat. 581, 583. Sermo primus: De Patientia et Longanimitate. Inc. Εἰ βούλεσθε, προθῶμεν ὑμῖν f. 90. Ultimus: De Silentio et Secretis f. 284.

Theodori Magistri Pauli Apostoli encomium, e diversis Chrysostomi orationibus contextum. Inc. Τῆς μὲν ἐπιγραφῆς τῶν ἀποστολικῶν πράξεων f. 284 v. Fine mutilum, avulsis pluribus foliis, scisso etiam ultimo. Des. καὶ οὐδὲ τοῦτο εἰς τὰ ταμεῖα ...

378. Membr. in f. parvo, fol. 287, quorum 1-218 saec. X (excepto f. 102 saec. XIII), et 219 ad finem saec. XI; inserta sunt aliquot

chartacea saec. XV-XVI. Folium 95 rescriptum, ubi utraque scriptura saec. X. Constat codex duabus partibus (quarum altera fine mutila), numerorum serie non interrupta. Olim Papae Nathanielis.

S. Ioannis Chrysostomi in Genesin Homiliae XXX priores, quarum ultima clauditur principio capitis XI de Confusione linguarum. Verba plura vetustate obliterata. Inscriptiones omnes cinnabari depictae. Homilias sequentes suppeditat proximus codex 379.

379. Membr. in f. parvo, fol. 217, saec. XI, exceptis foliis chartaceis (1-44, 182-184, 186-187, 192 ad finem), bina manu saec. XV; fine mutilus. Olim Papae Nathanielis.

S. Ioannis Chrysostomi in Genesin homiliae XXXI-LXVII, quarum ultima fine mutila est, monente etiam librario: λείπει τὸ ἥμισυ τῆς σελίδος τοῦ πληρωθῆναι τὸν λόγον εἰς τέλος.

Ad calcem folii 145 habentur verba haec per monocondylia exarata, quae sane librarius ex veteri exemplari suo descripsit: ὁ δοῦλος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως λέοντος στέφανος.

380. Membr. in f. parvo, saec. XI, pessime scriptus, fol. 171. In inscriptionibus minio depictis omittitur spiritus asper in littera ρ initiali.

Ioannis Scholastici (vulgo Climaci), Abbatis in Monte Sina, liber (λόγος) asceticus, Φωτισμός dictus, quem ad Ioannem, Abbatem Rhaithenum, misit, quo rogante eum scripserat, f. 6 v. — Scalae huic paradisi, in XXX gradus distinctae, praefiguntur: I. Epistola Ioannis Rhaitheni ad Ioannem Climacum f. 1, — II. Index in XXX gradus f. 2, — III. Vita Ioannis Climaci a Daniele monacho Rhaitheno conscripta f. 2 v. — Ultimam ἀνάβασιν Scalae sequitur, veluti appendix, Epistola ad Pastorem f. 158.

381. Membr. in f. saec. XIII, fol. 384. Scriptus elegantissime, litteris (vetustate pallentibus) minusculis quidem, solitis autem longe grandioribus, et, monocondyliorum instar, orbiculatis. Litterae contra primae singulorum versiculorum, ut et inscriptiones, minio sunt depictae, cuius color integra fere folia coinquinavit. Picturis quatuor pervenustis insignis codex, quarum duae priores, in fronte positae, effingunt (ne singula persequamur) Davidem adolescentem, nudo capite, lyram pulsantem, eundemque regem ac prophetam, capite corona nimboque aureo redimito, stantem inter Sapientiam et Prophetiam, muliebri specie depictas, volumenque reclusum, quod in laeva tenet manu, digito monstrantem, dum dextra benedicit, Graecorum more. Alterae

binae (f. 170) Moysem referunt, tabulas legis in monte Sinai a manu Dei, e nube porrecta, accipientem.

PSALTERIUM, (in Cathismata XX et στάσεις tres, Graecorum more, divisum) f. 1-336 v. — Sequuntur solita Cantica IX, cum precibus Zachariae prophetae ac pontificis, regum Ezechiae et Manassae, et S. Symeonis τοῦ Θεοδόχου. Accedit Oratio in Deiparam, quae inc. Πολλῶν καὶ μεγάλων ἀπολαύσας δωρεῶν f. 377.

382. Membr. in f. parvo, saec. X, fol. 332, duabus columnis; madore initio, medio ac fine, cum scripturae detrimento, deturpatus. Margines superni plurimi sunt corrosi, incolumi tamen scriptura.

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI in Matthaei Evangelistae capita XX priora homiliae XLIV. Homiliae, quibus singulis suum accedit ἠθικόν, λόγοι nuncupantur in codice. Prima inc. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι f. 1. Ultima inc. Ὅπερ πρώην ἔλεγον.

383. Bombyc. in 4, saec. XIII, fol. 384, eadem, qua codex 381, manu exaratus, initio ac fine mutilus; bifariam divisus, ita tamen ut foliorum numeri sese continenter excipiant. Folio praevio inest tabula rerum latine scripta.

Pars prima:

(Apophthegmata Christiana, cum commentario), libris III distincta, quorum primus deest. Liber secundus constat sententiis LX, quarum desunt septem priores, et octavae superest tantum ultima vox μεταχείρημα, cum comment. qui inc. Ὅτι τοῦ βάρους τῶν ἁμαρτημάτων f. 1b. Tertius constat sententiis centum f. 9 v. Prima inc. Ἐπιβουλὴ τὸν κατὰ λόγον ἀγῶνα f. 9 v. Textus ipse grandioribus scriptus est litteris, ut in cod. 381, minutioribus commentarius. Ultima sententia inc. Εἰμὶ μὲν εἷς τῶν μὴ γνώμην Θεοῦ τελεσάντων.

NICOLAI MUZALONIS monachi, Cypri Archiepiscopi, (Fugae suae) recusatique episcopatus (defensio), carmine iambico. Prooemium inc. Ὁ τῆς σιωπῆς τῆς ἐμῆς οὗτος λόγος· || φεύγων διώκτας ἐξανίσταμαι θρόνου f. 39. Poema inc. Ἀεὶ μὲν ἐχρῆν ἐκδιδράσκειν ἐκ μέσου. Constat versibus 892.

(PELAGII) PATRICII (de Christi vita, morte et resurrectione Homerocentones, cum Eudociae praefatione), quae incipit: Βίβλος Πατρικίοιο θεουδέος ἀρητῆρος f. 59. Poema inc. Πρήξιας ἀγγελέουσαν ἀνικήτοιο Θεοῖο. Ultimum folium chartaceum supplevit manus saec. XVI. In margine lemmata litteris rubris. Poema homero-centonibus 582 constans, des. κεῖνος δ' ὣς ἀγόρευε· τὰ δὲ νῦν πάντα τελεῖται.

MICHAËLIS PSELLI scripta VII:

I. (Versus politici in Veteris Testamenti libros, ac praecipue in Psalmos eorumque inscriptiones). Poema initio mutilum, folio 70 avulso,

inc. Πρὸς δὲ καὶ τὴν δεκάπληγον ποινὴν τῶν Αἰγυπτίων f. 71. Constat circiter versibus DCCCXXXIII, computatis illis qui initio desunt.

II. (Aenigma ad Michaëlem Ducam, metro iambico). Inc. Γυνὴ ζύμη, βέλτιστε, καὶ σάτα τρία f. 84. Constat iambis IX.

III. (Carmen) in Fidei definitionem, (versibus politicis). Inc. Δέχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων f. 84.

IV. (Poemation de VII Synodis, versibus politicis). Inc. Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν συνόδων f. 85 v. — Nulla inscriptione, nulloque intervallo discernitur a superiore, ita ut altera eius pars esse videatur.

V. (Versus politici) in Psalmorum inscriptiones et διαψάλματα. Differt hoc poema, versibus constans CCLXXVIII, a superiore (f. 71). Inc. Οὐκ ἔστι τὸ ψαλτήριον, δέσποτά μου, βιβλίον f. 87.

VI. Διδασκαλία παντοδαπή, seu Omnigena Doctrina, in capita CXCIV distincta, ad Imp. Michaëlem Ducam. Inscriptio prolixa. Cap. I inc. Πιστεύω εἰς ἕνα πατέρα, τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ αἰτίαν f. 92. Ultimum inscribitur: Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν εὔθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα, sive: Quare carnes ex fico arbore suspensae molliores fiant. Cap. III, fine mutilum, des. ἐνυπόστατος δὲ λέγεται ὁ καθόλου ἄν(θρωπος). Capitis VI superest tantum finis, a verbis εἰ καὶ μηδὲν τούτων πρεσβύτερον, avulso folio inter f. 92 et 93.

VII. Physicarum Quaestionum solutiones compendiariae, ad eundem. Prooemium inc. Ὁ μὲν Πλούταρχος, ὦ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ, f. 144. Operis in libros V distincti, ut ex ipso patet prooemio, supersunt tantum in codice libri III priores. Lib. I, cap. I: Terram esse sphaerae similem f. 144 v. Lib. II, cap. I: De Elementis quae inter coelum et terram intersunt etc. f. 147 v. Lib. III, cap. I: De Coeli figura f. 149 v. Ex prooemio compertum est, egisse Psellum in libro quarto de Materiae forma ac natura, deque Anima ac Mente; in quinto de Prima rerum causa.

Christophori Patricii Mitylenaei Synaxarium iambicum, Sanctorum historiam per totum anni circulum, (i. e. a Septembri ad extremum Augustum, breviter exponens) f. 156. Singulorum sanctorum memoria disticho iambico continetur, praemisso argumento soluta oratione. Inc. Ἴνδικτον ἡμῖν εὐλόγει νέου χρόνου. — Pars I codicis clauditur mense Maio; continuationem suppeditat pars II, f. 200 v.-214 v.

Pars altera:

(Confessio Fidei, de S. Trinitate). Inc. Πατήρ, Υἱός, πνεῦμα ἅγιον, τρία Πρόσωπα, μία εἰκών f. 215.

Theodoreti, Cyrensis Episcopi, Historiae ecclesiasticae libri V, praevio indice in singulos f. 217. In margine passim scholia manu saec. XVI. Liber III (f. 303 v.) blattis alicubi et ipso atramento corrosus. — Folio 370, in ima pagina, inest nomen fortasse codicis possessoris, per monocondylia scriptum: Ματθαῖος διάκονος.

Catalogus praecipuorum Episcoporum, qui in Theodoreti Historia Ecclesiastica memorantur, nempe Romae, Antiochiae, Alexandriae, Hierosolymorum et CPolis. Inc. Μιλτιάδης. Σίλβεστρος. Ἰούλιος f. 382.

Theodoreti de Providentia. Ex X libris superest primi tantum initium. Des. ὁ τοῦ πάππου καὶ τὴν προσηγορίαν λαχών... f. 382 v.

384. Bombyc. in f. saec. XIII, fol. 250; fine mutilus, madore et aevo male habitus, marginibus haud paucis laceris, vel a bibliopego mutilatis, inscriptionibus plerisque, si miniatas excipias, ipsa charta combibitis.

(De Cognationis gradibus). Inc.... ἀλλὰ καὶ τὸ δύο ἀδελφοὺς λαβεῖν δύο ἐξαδέλφους f. 1.

E S. Basilio ad Amphilochium, de Trigamis ac Polygamis. Inc. Τὸν αὐτὸν ὥρισαν κανόνα f. 2 v. — Sequuntur alia ex eodem, eadem de re.

(De Catechumenis) f. 3. Inscriptio prolixa prorsus evanida. — Sequuntur nonnulla ex Theophilo, Alexandrino Episcopo, et Epistola ad Martyrium, Episcopum Antiochenum: Quomodo accipiendi sint haeretici, qui ad catholicam fidem se convertunt, f. 3 v.

Theodori Balsamonis, Diaconi Magnae Ecclesiae, Nomophylacis, Chartophylacis ac primi Blachernarum, postea Patriarchae Antiochiae totiusque Orientis, Commentarius, iussu (Manuelis Comneni) Imp. scriptus, in Canones Apostolorum, Conciliorum, Epistolasque Patrum canonicas etc. Fine mutilus, praevio indice generali f. 25. — Commentario praefiguntur sequentia eiusdem Balsamonis opuscula: I. (Epistola) de Rasophoris (sive monachis), ad (Theodosium) praepositum (καθηγητήν) Papicii monasteriorum f. 4, — II. Meditatio (μελέτη) de tribus σημαντρίοις, (seu signis, quibus ad sacras aedes convocantur monachi), f. 5 v. — III. Diagnosis de disceptata in synodo quaestione: Num unus et idem duabus sobrinis iungi debeat f. 10 v. — IV. Epistola de Ieiuniis, quae peragi debent (per singulos annos, ad Antiochenses), f. 11, — V. Epistola de Incensis, quae a Patriarcha dari solent, eo die quo Catechesis habetur, f. 13 v. — VI. Μελέτη de duobus Officiis, Chartophylacis ac Protecdici (seu primi Defensoris), f. 14 v. — VII. De non legendo libro mathematico, ad Metropolitam Philippopolis, f. 19 v. — Folio denique 9 leguntur nonnulla, quae inscribuntur: I. Παραίτησις τοῦ ἁγιωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ (sic) Θεοδώρου τοῦ κριτο^{πλ}. — II. Περὶ μεταθέσεων.

385. Bombyc. et chart. in 8, fol. 187, quorum 1-72 et 107-120 bombyc. bina manu saec. XIV; 73-106, 121 ad finem, chart. varia manu saec. XV-XVI. Ex reliquiis quatuor codicum consarcinatus, miscellanea continet mutila, quae nullo inter

se, ut par est, vinculo consociantur. Folia alicubi madore vitiata.

GALENI Commentarius in Hippocratis Aphorismorum libros V; initio et fine mutilus. Liber primus incipit ab ultimis verbis aphorismi decimi quinti f. 1. Quintus mutilus est ab aphorismo XXXIX ad finem usque. Alicubi in margine lemmata et adnotatiunculae latine, manu saec. XVI.

(HESIODI Opera et Dies) f. 73. Folia madore deturpata. Fine mutilum poema clauditur versu ὡς σ' ἂν (sic) χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρμενον (sic) εὕρῃς (v. 351 ED. GOETTLING).

(Eiusdem Theogonia) f. 83. Fine mutila. Ultimus versus: Καλλιρόη τέκε παῖδα, βροτὸν κράτιστον (sic pro βροτῶν κάρτιστον) ἁπάντων (v. 981).

(ARISTOTELIS Categoriae), fine mutilae, f. 107. Cap. I: de Homonymis, (Synonymis, Paronymis) f. 107. Clauduntur capite VIII imperfecto de Oppositis, et quidem verbis: Δῆλον δὲ ὅτι καὶ περὶ (τὸ αὐτὸ ἢ εἴδει ἢ γένει) f. 120 v. Desunt ergo, praeter finem huius capitis, capp. IX-XII. Scholiola passim ac lemmata in margine a bibliopego mutilata. — Folio 114 v., in ima pagina, nonnulla leguntur ταχυγραφικῶς scripta, quorum sensus nos fugit.

(NEMESII, Emeseni Episcopi, de Natura hominis liber), praevio indice. (Cap. I: De Anima et Corpore f. 121 v.; ultimum, seu XLI: Quorum sit praevidentia). Omisit rubricator capitum titulos et numeros, primamque singulorum litteram.

386. Chart. in f. saec. XVI, fol. 145, quorum f. 1-105 v. exaravit Patavii a. C. 1550 Thomas Tribezanus I. C. Cretensis. — Foliis duobus praeviis inest, praeter indicem latinum: Inscriptio graece et latine, Maximi orationibus praemittenda, quas ad fidem codicis nostri in lucem edere instituerat Georgius Tannerus. Latina inscriptio, eadem quae graeca, sic se habet: « *Maximi Tyrii rhetoris et philosophi orationes, nunc primùm à Georgio Tannero Iurisc^to Austriaco graecè in lucem editae, ac Sereniss^o Maximiliano Archiduci Austriae et Regi Boëmiae etc. dicatae, Cosmo Pattio Florentino Archiepiscopo interprete* » f. 1 v. — Folio 3: Possessoris nomen: « *Sum Georgii Tanneri I. C.* (eadem et f. 66, addito: *Emersdorfensis*) *emptus ab eodem Patavii tribus Ducatis ungaricis in auro. Descripsit clarissimus Graecus Thomas Tribezanus Iuriscons. Cretensis qui eum mihi uendidit* » f. 3.

MAXIMI Tyrii Dissertationes XLI. Prima: Quis Deus sit secundum Platonem f. 3. Postrema: Utri morbi graviores, corporis an animi.

Scholia in Aristotelis Analytica, cum lemmatis in margine et schematis in textu. Scholia inc. Ὁ σκοπὸς τῆς παρούσης πραγματείας διαπε-

φώνηται f. 66. Fol. 81 lacunosum. Scholiis praefigitur constanter κείμενον sive textus.

Scholia in Platonis Cratylum. Inc. Ὁ σκοπὸς τοῦ Κρατύλου τὴν ἐν ἐσχάτοις ἐπιδεῖξαι τῶν ψυχῶν γόνιμον ἐνέργειαν f. 85.

Iani Lascaris Rhyndaceni Epigrammata (LX). Primum inscribitur: Εἰς τὴν Τελεσίλλης σωφροσύνην. Inc. Βιθυνὶς Τελέσιλλ' ὁπότ' ᾔσθετο f. 108. Ultimum: Εἰς τύχην καὶ ἀρετήν. Inc. Εὖτε βίᾳ κρατερόν f. 112 v.

Antonii Eparchi Θρῆνος seu Monodia in Graeciae eversionem. Inc. Νῦν ὀλοφυδνῆς, Πιερίδες, νῦν ἄρχετ' ἀοιδῆς f. 113. Sunt versus CCXVI.

Eiusdem Poematia duo, quorum prius: In sapientissimum et magnificentissimum Matthaeum Leonem γερουσιάρχην. Inc. Βάθρον ἀφ' ἱροῖο ζέφυρος πνείων ἅτε πρηύς f. 114 v. Alterum: Ad Paulum III P. M. qui ad barbaros debellandos principes inter se conciliaverat. Inc. Οὔτοι κοιρανίη τύφου πρόφασιν προσέθηκεν f. 114 v.

Eiusdem epistolae III ad concordiam pertinentes, quarum prima: Ad Marcum Antonium τὸν ἀντίμαχον, scripta Venetiis a. C. 1541. Inc. Τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων ἦθος παραβάλλων f. 115. Secunda: Ad Cardinalem Gasparem Contarenum, Ratisbonae morantem, a. 1541. Inc. Χθὲς ξυντυχὼν ἡμῖν Βικέντιος ὁ τιμιώτατος τῆς σῆς αἰδεσιμότητος ἀδελφός f. 115 v. Tertia: Ad Philippum Melanchthonem, Venetiis a. 1543. Inc. Τὸ μὲν σεμνόν σου τῶν τρόπων καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιείκειαν οἶδα f. 117.

Michaëlis Pselli in Monachum Sabbaitam versus iambici σκωπτικοί. Sunt numero CCXCVII. Inc. Πρὸς τὸν σατὰν σὲ τὴν ἔχιδναν τοῦ βίου f. 119 v.

(Eiusdem?) Nomenclatura partium corporis humani, (versibus politicis). Inc. Ὀνόμαζέ μοι ἀετοὺς τὰς φλέβας τῶν κροτάφων f. 122.

Boëthii liber de Dialectica, (ubi et Topicorum Ciceronis ac Themistii collatio, interprete Maximo Planude), cum glossis inter lineas perpaucis et scholiis aliquot in margine. Inc. Πρότασίς ἐστιν (sic) λόγος ἀληθὲς ἢ ψευδὲς σημαίνων f. 122 v.

Hephaestionis Enchiridion de Metris f. 136. Ut in edd., omissis tamen Longini Prolegomenis et aliorum scholiis. I. De Quantitate syllabarum f. 136. — II. De Synecphonesi f. 136 v. — III. De Pedibus f. 136 v. — IV. (De Metris) f. 137. — V. De Poemate f. 142 v.

Eiusdem Σαφεστέρα διδασκαλία περὶ μετρικῆς εἰσαγωγῆς (seu iterum de Poemate). Cap. I inc. Στίχος ἐστὶ ποσὸν μέγεθος μέτρου f. 143. Ultimum inscribitur: Περὶ σημείων.

Isaaci Argyri liber de Metris poeticis. Inc. Μέλλοντες περὶ μέτρων τῶν ἐν ταῖς ποιητικαῖς βίβλοις ἐμφερομένων f. 145. Des. εἰς τοὺς κη̅ ἀπαρτίζονται. — Sequuntur media pag. et folia sex sine scriptura.

Clauduntur Maximi Tyrii dissertationes librarii subscriptione, litteris rubris, (f. 65): τοῦ ͵αφν'. ἔτους μηνὸς βοηδρομιῶνος η'. ἱσταμένου, καὶ

ταύτην τὴν βίβλον θωμᾶς ὁ τριβηζάνος ὁ κρὴς ἐν παταβίῳ σπουδῇ πολλῇ ἐξεγράψατο δι' ἡμερῶν ιδ': ἐπειδὴ οὐ τοῦ ἀντιγράφου κατεξουσίαζεν. — Eadem leguntur etiam f. 105 v., nisi quod post verba ταύτην τὴν βίβλον adduntur haec: καὶ τὴν προλαβοῦσαν, δηλ(ονότι) τὴν πρὸ αὐτῆς τὴν τοῦ τυρίου μαξίμου σοφιστοῦ, et post ultimam vocem κατεξουσίαζεν: ἔρρωσο ὁ ἀναγινώσκων, καὶ ἡμῶν μνεῖαν ποιοῦ.

387. Chart. in f. saec. XVI, citatim ac pessime scriptus, pagg. 941. Hoc exemplari, passim ab ipso interpolato, usus est in editione sua Henricus Stephanus, monente Sylburgio.

LEONIS Imp. Novellae XXV, praevio indice, p. 1. Accedit: ZENONIS Constitutio Περὶ καινοτομίας (cod. κενοτ.), medio mutila, folio uno avulso, p. 189.

IUSTINIANI Imp. Constitutiones CLXII, praevio indice imperfecto, p. 207. Prima initio mutila. Accedunt: eiusdem Imp. edicta p. 844.

IUSTINI Imp. Novellae V p. 918. Clauditur codex Flavii Tiberii (sic) Constantini litteris ad Senatum, de Sacris Aedibus p. 933.

388. Chart. in f. saec. XV ineunt. a Duca notario exaratus, fol. 280. Librorum et chartarum series aliquantum turbata.

CLAUDII PTOLEMAEI Geographiae libri VIII, praeviis MAXIMI PLANUDIS in Ptolemaei tabulas geographicas versibus heroicis, qui inc. Ἦν ἐθέλῃς ὁράαν με, πεπηγόσιν ὄμμασι μ' ἄθρει f. 1. Singulis libris suus praefigitur index. Lib. I (f. 2), cum scholiis in clausula capitis III, et schematis in ultimo.

Librum VIII sequitur librarii subscriptio (f. 150): τέλος σὺν θεῷ ἁγίῳ ἀμήν: † ἀρχὴ καὶ τέλ(ος) τῆς βίβλου ταύτης καλίστη (sic pro καλλίστης): † ἐτελειώθ(η) ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς ἐμοῦ νοταρίου τοῦ δοῦκα. διὰ σύνδρομὴς (l. συνδρομῆς) καὶ ἐξόδου, (sic) τοῦ ἁγιωτάτου καὶ καθολικοῦ τῆς συνόδου πατρὸς ἡμῶν, ἱερωμονάχου (sic) φρᾶ ἰω(άνν)ου, ὁ (sic) ἀπὸ τὴν ῥαγουζίαν (sic).

389. Chart. in f. saec. XVI, fol. 208, madore valde deturpatus, cum scripturae detrimento.

CLAUDII PTOLEMAEI Harmonicorum libri III, praevio indice in singulos, cum schematis in margine et in textu, f. 1.

PORPHYRII in duos priores Harmonicorum Ptolemaei libros Commentarius, ad Eudoxium. Inc. Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ f. 73. Commentarius in librum I dicitur ὑπόθεσις, in alterum ὑπόμνημα. Clauditur schemate, quo effingitur ἡ τοῦ ἁρμονίου γένους μελῴδησις.

390. Chart. in f. saec. XVI, bina manu latina, fol. 46. Ex duobus codicibus consarcinatus, quorum prior (f. 1-34) festinanter scriptus, ab altero, sedatiori manu exarato, folio albo disiungitur.

Claudii Ptolemaei Harmonicorum liber primus, praevio indice, f. 1 v. Libri secundi superest dumtaxat index (f. 31), tertii nihil.

Appiani Alexandrini Illyrica. Fragmentum est, tum temporis ineditum, cui, ut absolutus sit Appiani libellus, pauca tantum desunt ab initio, quae sane, utpote iam a Carolo Stephano primum vulgata, de industria omisit librarius. Cui satis fuit variam praemittere lectionem exemplaris sui manu scripti, cum editione principe Stephaniana collati, sub titulo: *Variae lectiones eorum quae excusa sunt Lutetiae.* Fragmentum inc. Τοιοῦτον μὲν δὴ τέλος τῆς ἀσεβείας ὁ θεὸς ἐπέθηκεν Ἰλλυριοῖς τε καὶ Κελτοῖς f. 37. Des. Λεύκολλός τε τῷ δήμῳ στρατηγῶν ἐπέδραμε καὶ Τιβέριος εἷλε (κατὰ) τὴν μόναρχον ἐξουσίαν f. 46 v. — In margine superiore folii 37, leguntur haec: « *Complementum Illyricae Appiani, diligenter adseruandum, ut aliquando operi denuò excudendo inseratur, aut aliàs edatur* ». Et in margine monitum A. Maii: « *Editum post Hoeschelium etiam a Schweigh. T. I. part. 2* ». Quibus addimus postremo: L. Mendelsohn, *Appiani Hist. Rom. Vol. I*, p. 346 sqq. Quum compertum sit, Hoeschelium omnium primum integra Appiani Illyrica in vulgus a. 1599 emisisse, quid obstat, quominus apographum nostrum ab eiusdem manu profectum esse censeamus, etsi Sylburgius in Catalogo suo, ante annum 1596 confecto, complementum illud Illyricae iam commemorat?

391. Chart. in f. saec. XVI, varia manu latina scriptus, vitioso atramento male habitus, fol. 128.

Diophanti Alexandrini Arithmeticorum libri VI, cum (Maximi Planudis in duos priores) scholiis, et adnotatiunculis aliquot germanice, modo in margine, modo in ipso operis contextu additis, f. 1. Scholia inc. Ἀριθμός ἐστι (habet ἐστιν ὡς Vat. 116) ἐπὶ ὑποδείγματος ὁ $\bar{\gamma}$ f. 1. In libro primo singula problemata suo instruuntur seorsim scholio; dum in altero quatuor priora scholiis carent.

Eiusdem, de Polygonis sive Multangulis numeris (liber) f. 122 v.

392. Chart. in f. ipso atramento, non sine magno scripturae detrimento, admodum vitiatus, rudissima scriptus ac festinanti manu saec. XVI, exceptis foliis 82-87 ab Andrea Darmario anno 1564 exaratis; fol. 87. Sunt in margine emendationes et additamenta, ab eodem Darmario, ut videtur, scripta.

Aristidis Quintiliani de Musica libri III, quorum II et III, spatio tantum aliquo inter se distincti, titulo carent. Lib. I inc. Ἀεὶ μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν f. 2. — Expositionem notarum secundum tonum et semitonium,

a priore scriba omissam (fol. 14 post verba τὰ δύο συναφθέντα σημαίνῃ) supplevit alia manus, fortasse Darmarii, folio 13. Varia huius libri capita inscriptionibus accurate discernuntur, quae in editione Meibomiana desunt: Περὶ ῥυθμῶν f. 15v., Περὶ ποδῶν f. 18v., Περὶ στοιχείων f. 21v. etc. — (Lib. II) inc. Τόδε μὲν τοῦτο δεόντως f. 30v. (Lib. III) inc. Τὰ μὲν δὴ παιδείας f. 59.

Clauditur codex subscriptione alterius librarii: πόνος ἀνδρέου δαρμαρίου ἔτει ἀπὸ χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως ͵αφξδʹ. ἐν δεκάτῃ φθίνοντος ἀνθεστηριῶνος εἴληφε τέρμα.

*393. Chart. in f. saec. XVI exeunte bina manu exaratus, fol. 174. Ex codd. Parisios primum translatis, postea Heidelbergae redditis. Descripserunt Sylburgius, Catalogus Pal. Vaticanus, Hasius (p. 351) et Wilkenius (p. 289). Pars prior (i. e. omnia praeter Diogeniani proverbia) descripta est ex codice Ioannis Sambuci, (nunc in Bibl. Caesar. Vindobon. CXI phil. gr.), monente Iano Grutero (v. f. 2, 63v. et 95), qui Bibliothecae Palatinae, post Sylburgii obitum, anno 1602 praefectus fuit. Idem transcriptoris menda, collato cod. Palatino cum Vindob., sua ipsius manu passim emendavit. Ornatum est codicis nostri tegumentum insignibus Palatinatus ad Rhenum, litterisque deauratis: H. L. P. C. i. e. Herzog (= dux) Ludovicus Palatinus Comes 1578. Insunt:

Heronis (III, qui tempore Heraclii Imp. vixisse fertur), Excerpta strategica: qualem deceat esse imperatorem. Inscribuntur: Ἥρωνος Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων, περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν. Inc. Ὅτι ἐπιμελητὴν καὶ ὀξὺν καὶ ἀνδρεῖον f. 2. Des. κήρυκα πέμπει πρὸς Ἀλέξανδρον δεόμενος Ὀξυόρτου οἱ ἀναπέμψαι f. 63v. « *Non esse Heronis ueteris illius, uoces* σοῦδα, τούλδα *etc. satis arguunt, uide cap. 65* ». Haec in margine Gruterus, qui ad calcem Heronis addidit: « *Hic desinebat etiam exemplar Caesareae Bibliothecae* ».

Constantini Porphyrogeniti Imp. Liber tacticus, seu de Acie terra marique instruenda. Inc. Ὑπολαμβάνω χρήσιμον εἶναι τὸ μνημονεῦσαι f. 67. Desin. f. 95 imperfecte: καὶ ἧψε λαμπρὰ πολλὰ καί...

Nicephori (Phocae) Imperatoris libellus de Velitatione bellica. Inc. Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον f. 101. Constat capitibus LV, quorum primum inscribitur: Περὶ βίγλης, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων μιᾷ ἑκάστῃ διΐστασθαι f. 102; ultimum: De Servitiis urgentibus: ὅτι χρὴ πρὸ ἡμέρας ταῦτα λελογισμένως τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.

Diogeniani Proverbiorum vulgarium collectio. Inscribitur: Παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. Inc. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα ἐπὶ τῶν ἀηδῶν f. 151.

394. Chart. in f. bina manu saec. XVI, fol. 382. Altera manus, quae ultima folia (376 v.-382) supplevit, eadem est quae per integrum codicem inscriptiones minio depinxit. Folio praevio haec adnotavit A. Maius: « *Hoc opus decerptum est ex Georgio Hamartolo chronographo, cuius vide codicem Vaticanum 153 et alios; quibus ex codicibus explere licet etiam exordii lacunas* ». Inseruit idem codici schedas varias, quibus argumenta Chronici Ioannis Siculi significavit.

Ioannis Siculi monachi, qui postea fuit Patriarcha Novae Romae (i. e. CPolis), Chronicon breve ex variis Chronographis et interpretibus consarcinatum f. 1. Ab orbe condito usque ad Imp. Michaëlem, Theophili filium, praecipuas complectitur historias. In titulo scriptum fuisse primum videtur τοῦ συγκέλλου, correctum deinde συκελιώτου. Exordium, in quo lacunae multae, inc. Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγοι καὶ χρονογράφοι f. 1. Cap. I: De Adamo et Eva. Inc. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων. (Τῇ) η̅ ἡμέρᾳ ἔπλασε f. 1. Cap. ultimum: De regno Michaëlis, Theophili filii. Inc. Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Μιχαήλ. Clauditur codex verbis: Ἕως τὰ χρονικὰ Γεωργίου καὶ τοῦ λογοθέτου.

Ultimo folio schedula adglutinata fragmentum continet (M. A.) Boldetti epistolae ad abbatem Zaccagnium (Bibliothecae praefectum) italice scriptae, qua dicit se, quominus bibliothecam adeat, aegritudine esse impeditum.

395. Chart. in f. saec. XVI, litteris exaratus sinistrorsum vergentibus; fol. 358. Numeris signantur: I. quaterniones per integrum codicem, et quidem graeca manu; II. folia a tertio tantum, nec constanter; III. folia omnia a primo ad ultimum, stylo plumbeo. Inter f. 1 et 2 schedula, qua titulus et initium describuntur integrae Syncelli Chronographiae, ex vetusto codice Regio-Parisiensi (n. 1764).

Georgii monachi, qui Syncellus fuit S. Tarasii Patr. CPolitani, Syntaxis sive compendiaria Chronographia, a Iulio Caesare usque ad Diocletianum Imp.; cum lemmatis passim in margine, varia manu latina, et Sylburgii adnotatiunculis. Chronographia, (seu potius, Chronographiae pars posterior), initio mutila, inc. Ἀντώνιον καὶ Ἐλπίδιον (sic) νικήσας Αὔγουστος f. 3.

Theophanis monachi, Abbatis monasterii Agri et confessoris, Chronographia, a primo anno Diocletiani usque ad annum secundum Michaëlis, filiique eius Theophili; cum lemmatis etc., ut supra. Inc. Ὁ μὲν μακαριώτατος ἀββᾶς Γεώργιος ὁ καὶ Σύγκελλος f. 56 v.

396. Chart. in f. bina manu saec. XVI, ineleganter exaratus, si folia ultima, secunda manu scripta, excipiantur; fol. 208. Gulielmum

Xylandrum, (Bibliothecae Palatinae tunc temporis praefectum), hunc codicem sibi perlegendum Tubingae commodasse, sua ipsius manu testatur in fine Martinus Crusius, anno 1575.

